

☞ 1 Hyppolitus Ovidianæ Ph-
ædræ respondens _ etc

2 Monarchia Britannica
sub auspiciis Elizabethæ ,
Jac. et carol.

3 Epigrammata Juvenilia
p Gul. speede _

4 specimen Oratorium
* Rich. Gardiner

**rogymnasmata quæ-
dam etc sub præsidio
Joh̃is sylvii

6 Oratio panegyrica in
honorem car. 2. etc cum
poematibus – p Johãm
Harmari.

7 Johanni Poloniæ Regi
carmen Panegyricum
etc p Gul. smith – ☞

HYPPOLITVS OVIDIANÆ
P H Æ D R A E R E S -
P O N D E N S , P E R I O A N -
N E M S C H E P R E V V M S O M A -
T O C H R I S T I A N V M

{illustration}

ACADEMIA OXONIENSIS

{illustration}

SAPIENTIÆ. ET. FELICITATIS.

{illustration}

Excudebat Iosephus Barnefius Typographus Oxoniensis.

☞ An. 1584. ☛

I O A N N I S S C H E P R E V I

PRAEFATIO, IN EPISTOLAM

HYPPOLITI SVI AD PHÆ.

dram, ad M. Guadum dedicatam.

Q Vem tibi non licuit (doctiffime Guade)

libellum

Tēpore quo decuit mittere, fero dam⁹.

Non tamen ille statim, quia ferus , cultior exit,

Nec tantas fecit lima feuera moras,

5 Non ego mutaui quicquam, fed qualis ab vrfa

Prodiit, informis nunc quoque maffa manet.

Ille licet propriæ ruditatis confcius effe:

(Ni res magna fuum præpedijffet iter)

Se tibi fpectandum longè prius vltrò dediffet,

10 Nec tenuiffet eum cura pudóruē domi.

Cur vereatur enim, cum nil ni parua loquatur,

Nulláque pro vili merce talenta petit?

Nō perfecta quidē, fed quæ rudimenta vocantur,

Tradit, materiæ conueniente ftilo.

15 Non magnos quærit plaufus , non nobile pofcit

Inter famofos nomen habere libros.

Nec toti populo , fed tantum garrat amicis,

Hijf prodeffe fua ruficitate cupit.

Nil timet omnino, quia fpem non fuftinet amplā,

20 “ Coniungi verò fpéfque metúfque folent.

Quæ dedit ergo moras? quæ tandem cōpulit illū

Serius ad pactas caufa venire manus?

Obftitit exterior properanti fordida veftis

Littera prōpta quidem fed manifefta parum.

* ij<r>

Ambi-

25 Ambuiuit multos, nullum reperire valebat,
 Qui misero tunicam palliolumue daret.
 Tandem conducta pulchrè scribentis opella,
 Te nunc hac faltem parte politus adit.
 Sed quia plus aliquid pro longo temporis vsu
 30 Debet, coniuncto fœnore maior adest:
 Accipias igitur quos nuper scribere versus,
 Quamlibet inuito iussit Apollo mihi.
 Cum tenero quondam florerêt membra puello,
 Implessentque mei tempora parua dies:
 35 Sæpe mihi faciles pangenti carmina musæ,
 Nec se difficilem Pallas amica dedit.
 Dicere non poteram quod doctus Naso solebat,
 Quicquid tentabam scribere carmen erat:
 (Cum tanto scelus est puerum conferre poëta)
 40 Sed tamen huic similis vena profectò fuit:
 Mox vbi per multos cessassẽm segnior annos,
 Quamuis ad solitum sæpe vocarer opus:
 Se mihi doctarum subduxit turba fororum
 Dulcifonus longum dixit Apollo, vale.
 45 Tota repente suum sistebant flumina cursum,
 Aridior quouis pumice factus eram.
 Mens mihi iam fuerat nunquã reuocare camēnas,
 Nec posthac agili tangere plectra manu.
 Cum subito quidam(nec erat vulgaris)amicus
 50 Stringere me numeris paucula verba iubet:
 Extenuo vires ,dico siccescere mentis
 Riuum, nec solitos iam supereffe modos.
 Cum magis atque magis vehemēs perfisteret ille,
 Componam, dixi, qualiac unque licet.

<* ij > Arripui

55 Arripui calamum, dictaui carmina, multos
 Effudi breuiter, fed fine laude , fonos.
 Conftabant numeri, nec fenfus defuit illis
 Ordo compofitus, fermo latinus erat.
 Non placuere tamen, quod gratia nulla rigorem
 60 Tolleret. Hæc autem cuncta nitere facit.
 De molli faciles nafcuntur pectore verfus,
 Duraque de rigida carmina mente fluunt.
 Antea molle fuit, dum denfo frigore craffum
 Torpuit ingenium venaque lenta ftetit.
 65 Difcerpi verfus mufis iratus iniquis,
 Nec repetiturus trifte videbar opus.
 Hæc ego dum grauiter vexatus mente reuoluo:
 Oppreffit triftem grata repente quies.
 Dumq; graui nexu premerentur mēbra foporis,
 70 Delius ecce meos confiti ante pedes.
 Iam factus proprior circum caput omne micātes
 Vifus erat fubito depofuiffe comas.
 Curque doles, inquit , cur fic lachrimaris inepte?
 Cur adeo mentem fata finiftra grauant?
 75 Olim gratus eras Phœbo , lepidisque camænis.
 Iifdem, fi vigiles, nunc quoque gratus eris.
 Ingratum nobis te reddunt ocia, charum
 Continuus reddet follicitusque labor.
 Ipfe tibi morbum peperifti carmine fpreto,
 80 Ipfe tibi medicus, fi libet effe potes.
 Sicut enim ftudio nafcuntur maxima quæque:
 Sic torpore graui nata repente cadunt,
 Mufica nempe tuas acuent certamina vires,
 Quas nunc vix vllas debilitatus habes.

* iij</> Fac

85 Fac varios omni componas tempore verfus,
 Atque tua numeri femper in aure fonent.
 Quas libet, è multis poffis decerpere rebus,
 Quæ tino materiam fuppeditare queant.
 Non eft quòd Mufas tibi nolle queraris adefse:
 90 Fac tua ne defit mens aliquando fibi.
 Si mediteris enim, dicas fcribafue frequenter
 Credas Aonidum femper adefse gregem.
 Quas modò fpreuifti , repetitas fortiter artes
 Exerce , nec te vita foluta iuuuet,
 95 Si mihi parueris tibi cedent omnia recté,
 Plenaque nectareo carmina melle fluent,
 Credito promiffis, vates ego Delphicus effe
 Glorior : hæc nunquam fallere lingua folet.
 Sic vbi dixiffet tenues dilapfus in auras,
 100 Corripuit fubitam, me venerante, fugam.
 Cum difcuffus erat fomnus perpendere cæpi,
 Vnde mihi primum cura moueret opus.
 Protinus occurrit monitoris gloria noftri,
 Qui toto radijs clarus in orbe micat.
 105 Tentaui quoties, eadem fententia, verbis
 Mutatis , vultus poffit habere nouos.
 Hic vbi, me Phœbo nunquam linquente, fuiffet
 Vnica non vno claufula dicta modo:
 Argumenta noui generis dum fortè petebam,
 110 Vènit in has cafu Nafu poëta manus.
 Perlêgiffe notas iuuuit, quæ verba falutis
 In prima facie non valitura gerunt.
 Dicitur ijs olim refponfa dediffe Sabinus,
 Sed quia quæ fcripfit non fupereffe putant,
 <* iijv> Adlibuit

- 115 Adlibuit no bis eadem tentare, notisque
 Reddere, dum pergit Mufa fauere notas.
 Inter eas autem quas Idem Nafo reliquit,
 Hæc mihi præcipuè viſa placere fuit:
 Qua ſcelus infandum priuigno turpiter audax
 120 Perſuadere ſuo Phædra nouerca ſtudet. (det,
 “ Quâto nãq; magis foedũ eſt quod foemina ſua-
 “ Tanto eſt priuigni cauſa probanda magis.
 Ergo probi, viſum eſt, iuuenis defendere partes,
 Ficta, quâ licuit , ſimplicitate viri:
 125 Qui lectum renuens chari foedare parentis
 In durum rigido detonet ore nefas:
 Quique vaſtras prodat fraudes , mendacia taxet,
 Queſtus blanditias, verbaque ſtulta notet,
 Latius expreſſi, quàm fortasſe monebat
 130 Omnia. Nam caſtum paucula verba decent.
 Noſter in immenſum contrà ſe fundere geſtit.
 Geſtit, nec curſum penna tenere poteſt.
 Non eſt hoc mirum, videor cognoſcere cauſam
 Huius, nec vitium diſſimulare libet.
 135 “Sicut enim ſcribit Plutarchus , inepta loquacis
 Ruſticitas linguæ neſcit habere modum.
 Ex multis poteram paucos ego reddere verſus
 Elimare mora ſi libuiſſet opus.
 “ Verùm ſuccurrit Fabij ſententia, magnum
 140 “ Solamen miſeræ garrulitatis habens.
 “ Quæ nimis excrescunt (inquit) reſecare licebit,
 “ Nec multum iuſto fertiliora nocent.
 “Contra, ſi nimium mentis ſicceſcat agellus,
 “ Vix vlla reddi pinguior arte poteſt.
- * iiij<r> “ Quare

145 "Quare eum folis modium seruare beatis
"Virgula diuino munere sacra dedit:
"Ex vitijs illud fufcepi iure duobus,
"Cui tolerabilius conftat ineffe malum.
Poſthac fortè meus, lolio pereunte, virefcet,
150 Nec diuerſa feret femina cultus , ager.
"Interea quanquam pariter miſcentur auenæ,
"Has tamen ad tempus luxuriare finam:
"Ne, dum fortè paro tantùm refecare nocentes
Herbas, tota ſeges falce recifa cadat.
155 Sed præter temere iactantis plurima linguæ
Barbariem, funt quæ deteriora putes,
Flaccus in exacta cudendi carminis arte
Factis danda fuiſ tempora iuſta monet:
Aut hærerere iubens illis quæ ficta loquuntur,
160 Aut noua quæ bellè funt coitura dare.
Hoc ego præceptũ non ſum per cuncta ſequutus,
Sed quædam proprio tempore facta carent.
Culpa grauis fateor, ſi , quæ tibi miſimus vni,
Publicitus vellem carmina noſtra legi.
165 Nunc quia non alijs (patrone benigne) parantur
Quã tibi, quis tâdem, quod reprehẽdat, habet?
Non aliud facio, quàm flammas excito mentis,
Accendoque nouas igne calente faces.
Nonne licet nobis priuatim ſcribere quicquam
170 Ni per multorum protinus ora volet?
Si mihi quid libeat poſthac obtrudere multis:
Quid ſcribam longè cautior eſſe volo.
Sed quodcũq; tibi committitur (optime fautor)
In proprio tutum credo latere ſinu.

Ne

175 Ne tamen immeritò mihi temporis ordo putetur
Mutatus, dabitur iam tibi causa rei.
Vix poterant exempla dari quadrantia rebus
Quæ non Hyppoliti posteriora forent.
Quem vixisse prius, quàm fortes Dardana græci
180 Mænia vastassent, publica fama refert.
Ast ea quæ nullo sunt vnquam tempore facta
Confingi quouis tempore facta queunt.
Quis scit an Hyppolit⁹, vel Gnofia vixerit vnquã
An fuerint præter nomen inane nihil?
185 Rem mihi suspectam facit hoc, quod sæpius ijsdẽ
De rebus soleat fama volare duplex.
Quod pars vna probat, falsum pars altera prorsus,
Et ficulis gerris vanius esse putat.
Non ego de Phædra tantùm, vel Amazone nato
190 Ista loquor, verùm & cætera quæque labant
Plurima de diuis secum pugnantia narrant,
Multaque sic vnum numina nomen habet.
Sic multas Veneres, multas fecêre Mineruas,
Sic varius Phœbus, sic tua (Phœbe) foror.
195 Vt quæ non apte personis conuenit ijsdem
Fabula, mutato nomine conueniat.
Sunt qui de Troia dubitent: an victa Pelasgo
Milite, corruerit facta repente cinis:
An potius, versa fatorum lege, Pelasgi
200 A duro tulerint illa priora Phrige.
Sunt qui bella negent vnquam Troiana fuisse,
Vel prolem Lædæ surripuisse Parim.
Sunt qui non Helenã, sed quæ simularet eandem,
Dardanio referant succubuisse duci.

* vr> Denique

205 Denique (ne multis vtat) de nomine quouis
Quæ fibi diffideant commemorare solent.
Si fit in ambiguo tam clari fama duelli,
An de vix notis est dubitare nefas?
Si non sufficiunt quæ dixi rima patefcit
210 Altera, quæ monſtrat, quâ fugiamus, iter.
Nam fi quod libeat fas est confingere vati:
Sit mihi quod libeat fingere iuris idem.
Hyppolitum, Phædrâq; meâ, fi quando fuêrunt,
Iamdudum ſuperos deferuiſſe reor.
215 Hos libet obſcuro poſitos in carcere Ditis
Ad clarum folis nunc reuocare iubar:
Vt viuant iterum, pariterque locentur iſdem
Sedibus in terris quas tenuère prius.
Nec memores horum, quæ, dum vixêre, patrarût,
220 Nunc faciant eadem, quæque tulêre ferant.
Hoc præſtabit eis Læthei fluminis vnda,
Omnia quæ ventis tradere ſola poteſt.
Iam nobis multò propiores dicere poſſis
Quouis illorum quos rude carmen habet.
225 Non authore caret mea fabula, non caret aptis
Exemplis, fieri quæ volo poſſe liquet.
Cum magno cæli verſo reuolubilis orbe
In proprium venient ſydera quæque locum:
Tunc ea quæ fuerant, nihil immutata redibunt
230 Omnia: ſi rectè ſcripta Platonis habent.
Idem neſcio quem reuocari fingit ab orco,
Poſt cineres mentem qui ſupereſſe probet.
Orpheus Euridicen, ſi non properaſſet ineptus,
Vt fama eſt, poterat rurfus habere ſuam.

<* v1> Quamque

235 Quamque reliquisti nuptam sine coniugis vfu,
Dum cupis hostiles primus adire locos,
Vt teneram posses inuifere denuo sponfam,
Vna tibi cesfit Protefilae dies.
Ergo quid prohibet fimiles me cudere versus,
240 Reddere quid luci corpora functa vetat?
Qui nihil in reliquis propè non audere solemus,
Cur hic discruciat nos sine fine timor?
Omnia si fingi possint & tempora possunt,
Qualiacunque sibi fingere musa velit.
245 Nec tamen vt quædam fumus immutare coacti,
Sic nimium nobis libera Musa fuit.
Nec fumus exemplis hoc nostro tempore natis
Vfi, sed quæ sunt inueterata diu.
Aut siquidem Troiæ præcedunt omnia cladem,
250 Aut ea vicina tempora calce premunt.
Si neque sic factum liceat defendere nostrum,
(Hoc superest) aufer quæ minus apta sedent.
Si tollantur enim quæ temporis arguit error,
Quadrabunt omni cætera parte fatis.
255 Non idem fortasse lepôs, neque vis remanebit
Quæ prius, ac stabit sensus vt ante stetit.
Iam nec in hiftorijs narrandis omnia constant.
(Si tamen hiftorias ficta vocare licet)
Est vbi vulgari contempto tramite, nullis
260 Calcatum pedibus sæpe sequamur iter.
Nec nihil hoc rationis habet. Res ipsa coëgit
Tritas nonnunquam deferuisse vias.
Obijcit interdum, quæ vera fuisse putantur,
Coniugis aufa fui linquere sponfa thorum.

<* vir> Hæc

265 Hæc damnaſſe velut temerè iactata iuuabat,
 Ac veram hiſtorię diffimulaſſe fidem.
 Nam vix defendi poterant niſi falſa rigorem
 Veri leniffent plena ſubinde ſtrophis.
 Adde quòd illa ferè quæ nos mutauimus, ijſdem
 270 Scriptores ipſi non retulere modis.
 Ex multis igitur quandoque probauimus vnum,
 Qui, ſi falſa tamen, ſcripſerit apta ſcopo.
 Nec mihi fit fraudi, quòd non ſum vera locutus
 Omnia, quis Momus non fatiſ illa probet?
 275 Quis rogo tam duras leges imponere vati
 Suſtinet, vt prorfus nil niſi vera canat?
 Quas neque, ſe tantum cõperta referre profeſſos,
 Hiſtoricos ipſos ſpernere raro liquet.
 Si quid prætereà vitij mea verba ſonabunt,
 280 (Vt certè mendis vndique plena ſcatent).
 Da veniam quæſo.iactata paræmia, nullum
 Errores primos crimen habere docet.
 Qui primis tumidum pertentat nauibus æquor,
 Si laceram quaſſet per loca vaſta ratem,
 285 Nec ſeruare modum quem doctus nauita ſeruat,
 Gnarus cogatur quo rapit vnda ſequi.
 Non ridere decet miſerum, ſed commiſerari
 Sit fatiſ in pelago non periſſe virum.
 Tu quoque iam noſtris(vir præſtatiſſime)ſcriptis
 290 Fac, oro, cenſor ne videre grauiſ.
 Hæc etenim ſolitos repetenti carminiſ vſus,
 Mens olim ſteriliſ pignora prima dedit.
 Si noriſ quanto fuerint mihi tempore nata,
 Complacitura tibi qualiacunquè ſcio.

<* vi>

Hos

295 Hos omnes verſus quibus hæc præfatio conſtat,
 In bidui peperit tempore muſa loquax.
 Nec tardi tentas elephanti more trahebat
 In reliquo partu quem dedit ante moras,
 Sed canis exemplo properans bis carmina centū
 300 Enixa eſt vna fæpius illa die.
 Hinc cæcos aliquot nonnunquam forte catellos
 Ædedit, hoc etiam parte ſecura canem.
 Sed quid opus verbis? quid tot rationibus vtor,
 Quæ mentem poſſint mollificare tuum?
 305 Ne mihi ſis rigidus Iudex, Momie ſeuerum
 Indutus vultum , non bene ſcripta notes.
 Sponte ſcio propria facies quæcunque rogamus,
 Nec mea cum triſti carmina fronte leges.
 Hoc vnum ſupereſt quod præcedentibus addam,
 310 Quod tibi dicendum res monet ipſa prius.
 Vt magis Hyppoliti poſſint reſponſa patere ,
 Antea quæ ſcribit Phædra legenda ſcias.
 Ex illis etenim quæ ſcripſimus omnia pendent,
 Ex illo creuit femine tanta ſeges.
 315 Miſimus hæc ad te ſolum, velut antea dixi,
 Nec tibi ſi placeant amplius illa petunt.
 Non quærunt ſcænam, tu ſolus es ipſe theatrum,
 Iudicio ſtamus, concidimusque tuo.
 Si tamen ex alijs vlli monſtranda putabis,
 320 Quem mihi ſic melius poſſe fauere putes:
 Non erit ingratum, videat, mihi namq; parandos
 Fautores multos res malè curta monet.
 Nam quamuis aliquot non deſtituamur amicis,
 Qui nobis toto pectore læta velint:

<* viir>

Quem

325 Quem tamen ex illis possim decerpere, fructus
 Non alius planè est quàm stabilitus amor.
 Non est qui nummos mihi possit mittere, non est
 Cuius me tenuem grandior arca beet.
 In magnis voluisse ferunt fatis esse, sed ipsum
 330 Hoc voluisse mihi non fatis esse potest.
 "Nescio quo fato, semper comitat^{ur} egestas
 "Magna Calliopes improbitate gradus.
 Contra Plutus abest, nec se coniungere Musis
 Suftinet, attingi nec sua dona finit.
 335 Cuius diffidij reputari causa, quod illis
 Non eadem placeant, displiceantue, potest.
 Non bene conueniunt formę speciosa venustas,
 Et deforme suo iam sine crine caput.
 Non oculi vigiles, & lumine captus utroque,
 340 Non florens ætas, decrepitusque senex.
 Luxum Plutus amat, fouet ocia, gignit amores,
 Hæc eadē rursus turba diferta fugit .
 Ille replet nummis, & vix sine fraude crumenam,
 Hæc magnas docti pectoris auget opes.
 345 Addito diffimilem sexum, quid plura? per omnes
 Disfidium partes hoc sine fine manet.
 Sed Modus hic esto, fatis est, discedite Musæ,
 Tu faueas quæso semper (amice) mihi,

Vale.

<* viiv>

C A N D I D O L E C T O R I

Georgius Edrychus Medicus S. P. D.

C VM omnem vitae meae cursum, optime Le-
ctor, in hac illustrissima Academia Oxoni-
ensi peregerim, & annis circiter quinquaginta tribus in eadem sic conuersatus sum, vi
5 pro meis viribus, (quæ perquam exiguae sunt,
iuuandis adolescentum studijs aliquam fanè
operam libenter impenderim, aut cum ipse
inuietissimi Regis Henrici octauì publico salario conductus pro
eo ac debui, græcis literis studioforū animos informandos suscipere,
10 vel cū à praxi medica, quæ mea est professio, aliquas interdū fic-
cifiuas horas suffuratus, in hoc genere studij, scriptis saltè, aut vi-
ua voce priuatim amiculis aliquot prodesse cuperem: vehementer
à me nunc exorandus es, vt cū in hac senili ætate mea, nulli vsu
aliter bonis literis esse queā, permittas mihi Thefeū quendā mihi
15 adiungere hominē triū linguarū peritissimum, & in omni genere
disciplinarū exercitatissimū, Iohannē Schepreuū præceptorē olim
meū, qui ardori huic meo, quo impense cupio bonis studijs semper
esse benè consultum, abundè satisfaciet, & maximā tibi vtilitatē
adferet, si & eius doctrinā prope singularē, & integerrimæ ipsius
20 vitæ vestigijs insistere nō te piguerit. Mitto enim tibi, quisquis es
bonæ indolis adolescens, qui literis humanioribus incūbis (nā ijs
qui grauioribus studijs distinentur, nisi fortasse per ocium feriāt-
bus hæc non euulgantur) versus quosdam elegantissimos, quos
illum doctissū virū ita fæliciter suis dictitasse memini, vt in-
25 terdū vno die plus centū cōposuerit, cum nec prælegendi munus
omitteret, nec ab alijs fere Theologiæ studijs animum remitte-
ret. Dedicauit opusculum hoc cuidam D. Guado viro prudentif-
simo, & sacerdoti maximè pio, qui Regi H. octauo illustrissimo erai
à facris, eo fere tēpore, quo eius maiestati visum est, ex ruinis Cæ-
30 nobij Ofnæsis reædificare Ecclesiam cum sede episcopali, ex confi-
lio magnatum, & doctiff. virorum, quæ annos post quinque ad di-
uæ Fridewidæ ædem, quæ nunc Ecclesia Christi vocatur, trans-
lata est. Cuius rei eò libentius memoriam refrico in Regis inuictif-
<* viiir> fim.

fimi laudem perpetuam, quòd de Academia nostra sic optimè me-
 35 ritus est, & mihi tum iuueni, & Græcas literas in Collegio Cor-
 poris Christi publicè profitenti inde etiam annuum stipendium fa-
 tis magnificum elargitus est. Nam Iohānes hic Schepreus ad Hē-
 braicas literas profitendas à Rege fereniff. accersitus est, & mihi
 linguæ græcæ docendæ prouincia fuit commiffa. Habeo alia eius
 40 opera, quæ fi Deus voluerit, etiam in lucem venient. Non enim cō-
 mittā vt eruditiffimi huius viri memoria pereat: quod, opinor, nū-
 quam fieri poterit, fi aliquando mihi dabitur incidere in illa car-
 mina quæ in eius obitum ab eruditiffimis quibusque viris græ-
 cè & latinè conscripta funt, & valuis AEdis S. Mariæ publicè
 45 affixa, quæ iustum implere volumen possent, & à familiari quodā
 nostro Hermanno Euans ideo collecta funt, vt excuderentur. Sea
 vbinam ea depofuerit, adhuc mihi incertum est. Quod fi ad manus
 meas peruenerint, in vulgus ædentur, vt locupletiffimum habere
 posse: testimoniū doctrine & pietatis eius viri, quē qui norūt &
 50 etiam nū viuūt, vnicū fuisse huius inclytæ Academix Phœnicē
 mecum dicere non erubescant. De argumento operis, non opus est
 multa dicere, cum titulus satis indicet. Nam fi è sacris literis hic
 aliquid petere licebit, cogita Iosephum quendam alterum adolef-
 centem, Pharaonis vxori quæ molesta olim erat & dicebat dormi
 55 mecum, hic respondere, & nefandum stuprum recusare. Certè qui
 huius integerrimi viri vitam permouerunt, optimè sciunt, in hoc
 argumento, & tam pia atque casta puriffimæ vitæ flore animam
 Deo reddidit ætatis suæ anno tricesimo tertio, scilicet, quasi totidē
 numero hic annos adimplens, quot ipse seruator noster Iesus Chri-
 60 stus in terris habuit, & Amasiam mortuus est, vbi me tunc ac-
 pia eius matre cum fororibus exequias de more obeuntibus, sepul-
 tus iacet: obiit autem anno Domini 1542. Mense Iulij.

Laudibus Authoris non te moror, optime Lector,
 Vno vendibili non opus est hedera.

HYPPOLITVS OVIDIANÆ
P H Æ D R A E R E S -
P O N D E N S , P E R I O A N -
N E M S C H E P R E V V M S O M A -
T O C H R I S T I A N V M

R *Eddo tibi miseræ quam das mihi Phæ-*
 dra salutem,
 Si dici possit res male fana, falus.
 Sic etenim faluere iubes, vt perdere
 quæras,
 Vtque simul per di te, scelerata, velis.

5 *Cum tua priuigni tetigisset epistola dextram,*
 Promisit titulus quæ meliora forent.
 Nomen Phædra tuum vidi legique libenter,
 Spes mihi de tanto nomine magna fuit.
 Speraui te digna parens (nam tu quoque semper
10 *Dum recte faceres, es mihi vifa parens)*
 Speraui patre digna meo , qui te fibi iunxit
 Soluendâque dedit , te violante , fidem.
 Speraui patre digna tuo, qui Gnofia regna
 Multipli clarus nobilitate regit.
15 *Denique speraui supremo digna Tonante,*
 Quem pater ille tuus fertur habere patrem.
 Tot mihi nominibus speranti prospera, fœdus
 Imposuit casto nomine, tectus amor.
 Obstupui, fateor, corpus frigescere cæpit,
20 *Diriguère pedes, intremuère manus.*

A <ir>

Vnde

Vnde nefas tantum? quis tandem credere possset,
 Hyppolito Phædram sic potuiffè loqui?
 Quis furor ô demens , quæ te fera vexat Erinnis,
 Quæ te Tyfiphone, quæue Megea premit?
 25 Ah purum tanto sceleri prætexis amorem?
 Et quæ nemo bonus laudat , honesta vocas?
 Eft inhonesta mihi quæ talia fcribit honesta,
 Quamuis è fummi ftirpe fit orta Iouis.
 Eft furor , eft rabies , eft ifta ferina libido,
 30 Nec manet in tali pectore caftus amor.
 “Caftus amor purè focialia fœdera feruat,
 “Vnum caftus amor nouit amare virum.
 “Caftus amor fraudes , & verba nefaria vitat,
 “Caftus amor fccleris femina nulla ferit.
 35 Non quæcunque placent, ea cafta putemus oportet:
 In toto nullum fic erit orbe fcclus.
 Hei mihi quid patior ? quo me conuertere poffum,
 Vt fugiam voces, perfida fponfa, tuas?
 Eft audiffe fcclus, nedum feciffe quod optes:
 40 Hæret in inuita pefsimus aure fonus.
 Quis mihi cum tædis det fulphur vt ifta repurgem?
 Quæ fummis etiam fenfibus haufita nocent.
 Iam patrafte fcclus videor quòd nefcius aures
 Præbuerim dictis (fœda nouerca) tuis.
 45 Antea mater eras, poftthac dicere nouerca,
 Non eft matris enim quod facis iftud opus.
 Fœda nouerca tace, non audio talia verba,
 Mens horret trepidans, fœda nouerca tace.
 Hoc equidem facerem fi tam reticere liceret
 50 Nunc mihi, quàm licuit Phædra aliquando tibi.
 <A iv> Tu

Tu nifi fallaces miffes antè tabellas
Vt mihi fub dolci melle venena dares:
Quamuis non effes, poteras tamen antè videre
Cafta, nec in tota fabula plebe fores .
55 *At me, fi taceam, quis non putet illa probare,*
Quæ, nifi fit quod tu, nemo probare poteft.
Ergo licet vereor ne tecum multa locutus,
Nonnihil ex cæno fordīs & ipfe traham:
Attamen innocuam ftatui defendere famam ,
60 *Ne reliquis videar, quod tibi Phædra, malus ,*
Verbis opponam contraria verba, tuóſque
Monſtrabo nuda ſimplicitate dolos.
Non ignoro tuas, ô verſutiſſima, fraudes,
Per quas ſperabas me potuiſſe capi.
65 *Verùm littus aras, nec me tua verba mouere*
Poffunt, vt faciam quæ facienda mones.
“Nec laqueo vulpes capitur , nec miluius hamo,
“Nec ſapiens verbis, ſint nifi tecta, vafris.
Sed neque tecta putes quæ tendis retia nobis:
70 *Nulla meos oculos fallere techna poteſt.*
Ad ſtultos Phaleras , mihi Delia virgo, tibiſque
Longè diſſimilis, dextera ſemper adefť.
Non tantum celeres auidus dum perſequor apros,
Sed quoties etiam vox mihi vafra ſonat.
75 *Multa dolum ſapiunt, quæ ſcribis , multa videntur*
Conſpicuas ſtultæ mentis habere notas.
Quid moror ? oftendam breuiter quos texeris aſtus.
Quámque nihil frontis fit (male ſana) tibi.
An quiſquam mittit quam non habet ipſe ſalutem?
80 *Tu mihi miſiſti quæ tibi nulla fuit.*

A ij<1>

Sed

Sed posuitum in nobis an fis habitura fateris,
Quæ quò pertineant, mellea verba, liquet.
Idcirco tribuis mihi, quòd bene viuere possis,
Vt tibi nil contra iure negare queam.
85 *At fi per nostræ dispendia tanta salutis*
Non aliter , tibi fit restituenda Salus:
Per iugulum potius tantos effunde dolores,
Sic etenim facili damna leuabis ope.
Quamuis ardenti pectus mihi ferueat ira,
90 *(Quis tranquillus enim talia scripta legat?)*
Non ridere tamen non possum, quando puellam
Audio te dici, tune puella, rogo?
Tune puella, rogo? tam multos nupta per annos
Patri, quem tecum concubuisse pudet?
95 *Tune puella rogo? quæ tot modo pignora nutris,*
Quæ patris ex coitu nata fuisse pudet?
Quæque fouens, inuita foues, vt perfida scribis,
In mea quod fratres crescere damna fcias?
Tune puella rogo ? quæ fi (quod & ipsa negabis)
100 *Non effes vllum corpore passa virum:*
Non tamen hoc merito posses tibi fumere nomen,
Cuius nil animus virginitatis habet.
“ Virgo est quæ mentem seruat cum corpore puram :
“ Quæ tantum est virgo corpore, virgo parum est .
105 *Cætera prætereo quamuis suspecta quibusdam*
Tempora, cum nobis non bene nota fores.
Cum te Creta patris ditissima regna teneret,
Cumque fores nulli tradita sponfa viro.
Si genitrix etenim tauri complexibus hæsit,
110 *An sceleris prolem nil agit affe putes?*

<A i> *Nec*

Nec fatis illud habes quòd fis pro coniuge virgo.
Quodque lupæ probrum dicta puella tegas.
Sed facis Hyppolitum pariter pro cælibe sponsum,
Et rerum voces ipsa nouata nouas.
115 *Scilicet hic scopus est, vt honesta vocabula turpis*
Horrorem sceleris diffimulare queant.
At quoniam verbis pugnas vbi facta repugnant:
Duratos lateres æthiopemque lauas.
Dumque lupæ nomen, dum nomen coniugis horres,
120 *Fortius imprimitur nomen vtrumque tibi.*
Nam licet appelles, quod ficus dicitur, aurum,
Ipsæ tamen ficus nil nisi ficus erit.
Protinus in portu nauis tua firmiter hæret,
In primoque tuum limine crimen adest.
125 *Si tantum peccas, si tantum fingis in ipso*
Vestibulo, quid non cætera fraudis habent?
Perlege quodcunque est, inquis, cur ista? vereris
Ne non lecta tibi reddere scripta velim?
Hoc si fecissem, melius fecisse viderer,
130 *(Nam fuit indignum quod legeretur opus)*
Sed quamuis animo lædendi scripta fuisse
Constet, perlēgi nec mihi lecta nocent.
Si tecum studio fimili vesana tenerer,
Tunc inueni possit forsan obeffe dolus.
135 *Nunc nihil Hyppoliti constantia pectora frangit,*
Nilque tuis verbis, quo capiamur, inest.
His pereunt stulti vel amantes turpiter escis,
“ At castis casti qualiacunque sonant.
Forfitan hic aliquid quod nos audire iuuabit
140 *Esse putas, falsa es, nil, mihi crede, placet.*

A iij<r> Scribere

Scribere Phædra potest quod nostras mulceat aures?
Quod iuuet Hyppolytum scribere Phædra potest ?
Scribere Phædra potest tam turpis læta pudico,
Quod nobis placeat scribere Phædra potest?
145 *Phædra placere mihi poteras, si Phædra maneres,*
Qualem Creta patri tradere visa fuit.
Nunc quia mutata es , non est quod posse placere
Nobis, Phædra, tuum nomen inane putes.
Sed tua scripta mihi quadam ratione placebant
150 *(Quæ mala non aliquid commoditatis habent?)*
Nunc manifesta pates , notam vitare licebit:
Hactenus illa placent , hactenus ipsa iuuas,
Sunt arcana quidem , quæ commendare licebit,
Occultis nulli conspicienda notis.
155 *Sed nunquam arcanis , quæ tu mihi perfida narras,*
Vlli Phædra bono charta notata fuit.
Hæc nec in abstrusam tutum est dimittere foffam;
Ne scelus enatis frugibus aura canat.
Hæc neque sub plumbo , neque ferro claudere possis,
160 *Hæc nec in æquoreo flumine merfa latent .*
Non pelago terræ decet tua mystica ferri,
Sed nec in hos usus charta reperta fuit.
Herpocrati mandanda puto ne prodita lædant,
Si tamen admittet tanta venena Deus.
165 *Nulli pendantur, sed in arcto pectore clauso*
Ad stygias tecum præcipitentur aquas.
Atque ibi læthæo mergantur in amne, nec vnquam
Ad superos redeant tam scelerata viros.
Accipit interdum , fateor, ferus hostis ab hoste
170 *Scripta, nec è manibus projicit illa fuis .*

<A iijv> Possunt

“Poffunt bella tamen cum fint manifesta caueri,
 Quique palam loquitur, nilue minûsue nocet.
 Sed tua quæ blandam mentitur epistola pacem
 Velata grauius cuspide vulnus agit.
 175 Quòd tibi dicturæ, quæ sunt fœdifsima nobis
 Abftulerit munus lingua retracta fuum:
 Nil fanè miror, quid enim mirabile fecit?
 Cur non horreret fœda nefanda loqui?
 Hoc potius miror quòd talis confcia facti,
 180 Non ruerit fubito lapfa fragore domus.
 Debebat vexare manus tibi fæua chiragræ
 Tempore quo fcriptis talia verba dabat.
 Debebat clarum tibi lumen Apollo negare,
 Debebat tantum nolle videre fcelus.
 185 Debebat tibi Mercurius neque verba, nec vllos
 Impia fcribenti fuppeditare modos.
 Detebat rutilum iaculari Iupiter ignem,
 Atque cremare fimul teque nefâsque tuum.
 Quòd fi pro meritis hæc omnia damna tuliffes,
 190 Non miranda mihi talia mira forent.
 Non ego pro monftris habeo, quæ monftra putant.
 Omnia funt monftris monftra minora tuis.
 Quæ tibi fub tremulis vox improba faucibus hæfi.
 Horruit indubiè victa pudore nefas.
 195 Si fua regna pudor tenuiffet, cuncta fuiſſent
 Integra, nunc victo cuncta pudore ruunt.
 Qua licet hunc tenero miſcendum dicis amori,
 Qua licet, hoc aufer, femper inepta licet.
 “Nam fi forte pudor violento cedat amori,
 200 “Iam ferus expulfo regnat amore furor.

A iiij<r> Nec

*Nec vocitare potes qui talia fuafit, amorem
 Sed furor ingefsit tam furiofa tibi.
 Me tamen imperium, me tanti numen Amoris
 Horrendasque iubet Phædra timere faces.
 205 Quicquid iuffit amor, nifi fiat , dira minaris,
 Terribilemque refert inuidiofa deum.
 Tanquam fi pergam ridere Cupidinis arcus,
 Vt redamem, fæuus cogere poffit Amor.
 Cuius tu vires dijs cuncta potentibus aquas,
 210 Vtpote cui victas fæpe dedere manus.
 Si credamus enim quæ dijs feciffet Cupido
 Dicitur, haud dubiè non leue numen habet.
 Prætereo reliquos, quorum minor effe potestas
 Fertur , quos grauitè fæpius ille premit .
 215 Huic neque fuprema qui fulmina mittit ab arce
 Maximus æqualis Iupiter effe potest.
 Sed veluti nafo trahitur , fequiturque trahentem
 Inuitus quanquam, fic quoque fortè volens.
 Nunc etenim tauri fibi fortia membra coaptans
 220 Furtiuum tergo , per mare vectat onus.
 Nunc vt decipiat Lædam, candentibus alis
 In liquido natitat gurgite , factus olor.
 Nunc fe demittit per fumma cacumina tecti,
 Virgineosque finus aurea maffa replet.
 225 Nunc Aquilam fimulans Idæi montis alumnum
 Vnguibus abreptum portat in aftra celer
 Denique dum varia commutat imagine vultum,
 Illius amplexum nulla puella fugit.
 Hæc facit imperio fæui compulfus amoris
 230 Qui licet exiguis vulnera magna facit.
 <A iiijv> Omnia*

Omnia cum vincens vnum non vincat Amorem :
Credis ab hoc vinci me quoque posse deo.
Hæc pro te faciunt, quæ nos auxisse videmur,
Dum sic distento pandimus illa finu:
235 *Nunc tamen his audi quæ sunt contraria rursum.*
Ludicra mittamus , iam tibi vera canam.
Hæccine vera putem quæ sunt mendacia vatum,
Quos facit infanus plectra mouere furor?
Hæccine vera putem quæ tam scelerata feruntur,
240 *De dijs qui cœli splendida regna tenent?*
Hæccine vera putem quod diui talia patrent,
Qualia mortalis nemo patraret homo?
Non pudet hæc nobis obtrudere falsa poëtas?
Non tribuisse pudet talia facta Ioui?
245 *O genus infanum qui vos ab Apolline doctos*
Aönidúmque sacro fingitis esse choro.
Nullus adest vobis cum scribitis impia Phæbus,
Nulla mouet cytharam nulla Thalia fides.
Hæc animi rabies, hac recti nescius error
250 *Suppeditat vobis, nec deus vllus adest.*
Non fatis est vobis hæc tanta venena parasse,
Protinus in rabiem quæ rude pectus agant:
Ni superos etiam fœdi faciatis amoris
Authores , quo sic fortius vrat amor?
255 *Scilicet affectus cum peffima sponte sequatur,*
Vt magis acceleret, sic stimulandus erat.
Vt reliquos taceam quos hæc mendacia fallunt:
En vestris capitur nostra nouerca dolis.
Sed tu Phædra caue ne quid mendacibus iftis
260 *Credas , nil veri , nil pietatis habent.*

<A vr>

Non

*Non te iussit amor , non mittere scripta coëgit,
 Non est tam placidi numinis istud opus.
 Te tamen affirmas fensisse cupidinis arma,
 Dum tacitis animum flecteret ille strophis.*
 265 *Dúmque tibi nobis dubitanti scribere, verba
 Diceret hortantis visus adeste deus:
 Ferreus ille tibi tandem succumbit Amicus,
 Ac nostro tandem numine victus erit.*
*“ Hac ego falsa reor , non est deus ille profecto
 270 “ Qui falli poterit : fallitur iste deus.*
*Fallitur indubiè nunquam redamabit amantem
 Hyppolitus Phædram, ni sapienter amet.*
Non habet in me ius aliquod tuus iste Cupido.
Cultorem feruat casta Diana suum.
 275 *Ferreus, vsque vocer , non displicet hoc mihi nome,
 Si castus fuerim, ferreus vsque vocer.*
*Ferreus vsque vocer , modo non fim turpis adulter,
 Nec tibi per similis, ferreus vsque vocer.*
*Ferreus vsque vocer, magis hoc in pectore ferrum
 280 Durescátque magis , ferreus vsque vocer.*
*Ferreus vsque vocer , malo ter ferreus esse,
 Quàm quo tu velles cæreus esse modo.*
*Hactenus excusi tantum primordia chartæ,
 Hoc, age, quod supereft discutiamus opus.*
 285 *Aligeri quoniam iuuenis tibi cuncta videntur
 Instinctu fieri, quæ tamen ipsa facis.*
*Vel quia non credis, sed vis me credere falsum,
 Hinc blandas tremulo promissis amore preces.*
*Vt tibi fit gratus peragendo crimine fautor,
 290 Qui, nisi falsa refers , criminis author erat.*
 <A vv> Vtque

*Vtque tuis adfit cæptis ingrata precaris,
 Nostráque communis pectora iungat amor.
 Nec modò te rapido patiatur ab igne cremari,
 Sed mentem fimili torqueat igne meam.*

295 *Me prius vndifono demergat in æquore Triton:
 Aut rigido foffum profluat ense latus :
 Arreptúmue graui laceret fera bellua morfu :
 Vel celer in pectus fulminis ictus eat.*

Quàm tuus ille deus tanto mihi vulnere mentem

300 *Sauciet, vt faciam quæ tibi Phædra placent.
 Sacra Diana mihi tantas auertito pestes,
 Sincerúmque rogo corpus habere finas.
 Nil ego promiffis moueor, nil iam tibi crede.
 Tu feruare potes perfida nupta fidem?*

305 *Sic mihi nimirum feruabis , vt antea patri,
 Cuius fæda thorum iam violate ftudes.
 Quicquid agas , quæcunque paras, quæcunq₃ loqui
 Exemplo femper corrui ipfa tuo.*

Num licet in Phædra mores fpectare pudicos?

310 *Non potes hoc alijs, quod facis Hyppolito?
 “Quæ femel imponit, femper metuenda videtur:
 “Quæ femel eft mendax, perfida femper erit.*

*Sic tibi mens leuis eft, fic eft mutabile pectus,
 Vt nullo poffis firma federe loco.*

315 *Sed neque fi firmam femper, fidâmque putarim
 Te fore, continuo fufcipienda fores.*

*Non prius an deceat feruari fœdera penfo,
 Quàm pangi liquido fafne fit illa fciam.*

Quòd fi pacta forent, tamen hac violare deceret.

320 *Pangere fed timeo, quæ pepigiffe nefas.*

<A vir> Quærere

*Quærere de fama, num fit tibi criminis expers,
 An potius turpi labe notata, iubes.
 Quærere nil opus est quod epistola scripta fatetur.
 Qualis Phædra tibi vita fit, ipsa doces.*
 325 *Crimine fama vacat, sic inquis, vix tibi credo.
 Si tamen est verum crimine fama vacet.
 Nec nunc incipias speciosum lædere nomen:
 Sed talis maneat, antea qualis eras.
 Quid mihi præteritum narras furiosa nitorem,
 330 Si tibi nunc idem non manet ille nitor?*
*“Non ego quæ fuerit mulier, fed quæ fit, honesta,
 “Quæque manere velit semper honesta, probo.
 Quando tibi ratio suadendi recta negatur:
 (Quippe quid hoc recti carmen habere potest?)
 335 Vt tamen Hyppoliti possit mollescere pectus,
 Vt lachrymis possit collachrimare tuis,
 Simpliciter morbúmque tuam culpámque fateris,
 Quanquam simplicitas non caret ista dolo.
 Vrimur heu miseræ, quis perferat, vrimur, inquis,
 340 Interiora furens viscera torret amor.
 Vreris infœlix? cur non extinguere flammam
 Qua licet omnigena sedulitate paras?
 Non extinguis enim flagrantis pectoris æstus,
 Sed magis atque magis, dum facis ista, foues
 345 Non tuus ille deus, cum possit tanta, rogandus
 Vt flammæ flammis addere vellet, erat.
 Sed magis vt fubitos placidè compefceret ignes,
 Intima quos nutri fomite cura suo.
 Non temerè quereris quòd in hac ætate laboras,
 350 Quam nullam decuit nunc habuisse notam.*
 <A viv> Nouimus

Nouimus ex æquo cunctis peccare negatum,
“Plus tamen hæc famæ, fera libido nocet.
Ne tibi fit mirum , fi te ferus ardor adurat,
“Quisquis amat stultè, non patienter amat.
355 *Vt qui prima rudi portat bos vincula collo,*
Non solet impositum ferre libenter onus:
Vtque ferox equulus vexat sua terga prementem,
Qui primos tenero mordet in ore lupos:
Affiduis contra mitescunt vñbus ijdem,
360 *Quæque molesta prius, iam leuiores putant:*
Sic ais ignarum violenti pectus amoris
Incendi grauius , quod noua flamma cremat.
Rurfus vbi solitos rabies depasta fit artus,
Crebro paulatim mitius esse malum.
365 *Sic tamen haud minor est, tantum minor esse videtur*
Morbus, dum toties mens cruciata stupet.
Vt solet in diris contingere sæpe venenis,
Quæ minus affuetos lædere posse ferunt.
Sic facilem reddi teneris quæ discitur annis
370 *Posse putas artem , quæ sua damna leuet.*
At grauiora tibi nunc esse cupidinis arma
Sensisti, quanto ferior ille venit .
Cur tentas illud pugnando vincere numen,
Vincere quod summi nec Iouis arma valent.
375 *Si tibi non aptum, fi collum ferre recusat,*
Quod grauius portas dulce videtur onus.
Sed tibi, dum cupidè tristissima gaudia captas,
Quod grauius portas dulce videtur onus.
En vt ad inuifas meretricum verteris artes
380 *Blanda, sed occulto felle referta , vomens.*

<A viir> Prima

Prima tuæ spondes nobis libamina famæ,
 Quæ feruata diu, nunc temerare cupis.
 Non has primitias, non hæc libamina carpam,
 Non mihi, quæ lædunt, qualiacunque placent.
 385 Non reffert quo fint, quæ sunt mala , tempora facta
 Nunquam non scelus est quod scelus esse liquet.
 Non ero caufa tibi prodendi, Phædra, pudoris,
 Sed feruabo tuum, nec violabo meum.
 Si tibi stat fixum nostri fœdare parentis
 390 Tectum: patrator criminis alter erit.
 Addis vtrumque fimul nostrûm fore pefsima, fontem,
 Si pariter famæ perdat vterque decus.
 Ceu verô magni fuerit folaminis instar
 Si mihi fis sceleris tu quoque facta comes.
 395 Aut quafi (tam demens, tam ftulta es fœmina) pofsim
 Si tecum fuero fic minus esse nocens.
 Est aliquid fateor primos decerpere fructus
 Cum plena ramos arbore poma grauant.
 Est aliquid primum de multis fumere florem,
 400 Qui fuauit reliquas vincat odore rofas.
 Est aliquid (ne multa loquar) duxiffe puellam,
 Quam nullum confitet iam tetigiffe prius.
 Quis non virgineos, nuptæ post fata mariti
 Præferat amplexus qui velit esse pater?
 405 Sed mihi propofitum est castum feruare pudorem,
 Ne premat vlla meos nupta puella finus.
 Vt tibi fim gratus(castifsima Delia) cultor
 Perpetua libuit virginitate frui.
 Legitima quicunque cupit de coniuge prolem,
 410 “Hic merito sponfus virginis esse cupit.
 <A viiv> Verum

*Verum nec libet hoc, nec si fortasse liberet,
 Tu mihi ducturo casta puella manes.
 Ista iamdudum decerpfit ab arbore magnus
 Ægides vnum vel duo mala, parens.*
 415 *Iamdudum perijt quod me vis carpere pomum,
 Iamdudum primo floris honore cares.
 Nec scio, quid reliquis etiam concefferis istuc,
 Forte dabas alijs quod mihi prompta dares.
 Quid iuuat his titulis vitam simulare pudicam?*
 420 *Quid fine re, tanti nomen inane facis?
 Quod feruaris adhuc socialis fœdera lecti
 Integra, nec patrem læseris ante meum,
 In magnum laudis cumulum tibi furgere credis
 Candorisque iubes hinc documenta peti.*
 425 *“At feruasse parum est, semper feruasse decebat.
 “Sic mihi sic demum visa pudica fores.
 “Non ex principio quæ fuit præstantia scimus,
 “Spectari ex ipso singula fine folent.
 Ah miseranda tibi de tanto crimine plaudis?*
 430 *Atque tibi rectè rem cecidisse putas?
 Iam grauitè digno quo disrucieris amore?
 Qui sua non vllo damna fauore leuet?
 Dignus egon videor, quem tecum perdita perdas?
 Dignus egon videor, quem tua probra grauent?*
 435 *Dignus egon videor, qui sum tibi primus adulter;
 Quique patris tecum strata nefanda premam?
 Dij meliora precor, nunquam mihi pectora tantæ
 Disturbent furæ: dij meliora precor,
 Dij meliora precor, nunquam tibi Phædra potiri*
 440 *Hijs votis liceat, dij meliora precor.*

<A viiir> Non

Non fpectas animum, nec ob hunc tibi dignus amore
Tam magno videor , fed tibi forma placet.
“ Aft ego non faciem fed vitam penfito, forma
“ Sæpe bona eft prauis, & mala fæpe bonis.
445 *Peior adulterio tibi turpis adulter habetur,*
“ At mihi turpis erit quifquis adulter erit.
“ Quo magis egregia eft facies , nifi moribus illa
“ Sit decorata bonis, turpior effe folet.
Quis ferat horrendas, quas addis pofttea voces?
450 *Hos etenim profers ter furiofa fonos:*
Si mihi concedat Iuno fratremque virumque
Hyppolitum videor præpoftitura Ioui.
Pro quibus vt rurfus tibi digna rependere poffim,
Sic verbis pello verba nefanda pijs.
455 *Quod fi pluto mihi furias obtrudere vellet*
Te furijs videor poftpoftiturus ego.
Quisnam ego fum infelix vt cum Ioue comparer ipfo,
Quèm certum eft omnes exuperare deos?
Hæccine te docuit tuus ille cupido vouere?
460 *Hæccine te docuit tam fcelerata loqui?*
Nonne times ne tecta ruant dum talia fcribas?
Aut te contempti fulminet ira Iouis?
Auden Hyppolitum præponere Phædra tonanti?
Auden mortali poftpoftuiffe deum?
465 *Auden hunc tumido regem contemnere faftu*
Qui tua cum noftris membra cremare poteft?
Quid non moliris? quæ non medicamina tentas,
Ne tibi non dextré vota finiftra cadant?
Tradere communem fic tu tibi pofcis opellam,
470 *Vt muli fteriles mutua terga fcabunt.*

<A viiiv> Scilicet

*Scilicet expectas vt dum tibi fim Ioue maior,
 Nemine fis hominum tu mihi Phædra minor.
 Cætera nil miror quæ mox temeraria fubdis
 De studijs varijs deque furore tuo.*
 475 *Quæ nihil exhorres patrem fpreuiffæ deorum,
 Mirum fi facias hijs leuiores putem?*
*“Quandoquidem nihil eft melius quod iungere poffit,
 “Aut melius iunctam conftabilire fidem,
 “Quàm fi qui studijs valde capiantur eifdem,*
 480 *Artem declaras hic quoque vafra tuam.*
*Cum fit præcipuum virgo mihi delia numen,
 Quæ celeri currit per iuga fumma pede:
 Ne mihi diffimilis forfan videaris , eandem
 Tu quoque follicita relligione colis.*
 485 *Me quia fyluarum latebris gaudere fciebas,
 Te quoque frondofum fingis amare nemus.*
*Me quia per celfos delectat currere montes,
 Sylueftres multo dum cane fector apros:
 Huius tam cupidæ iamdudum confcia mentis*
 490 *Tu quoque fulmineis retia tendis apris.*
*Eft mihi iucundum ferro configere feruos
 Hæc & tu fimili cuspide membra feris.*
*Magnus fæpe meis humeris fufpenditur arcus,
 Arcus tela feris cognita fæpe capris:*
 495 *Hæc eadem tibi fumuntur quæ fumimus arma,*
Vires lætiferas & tuus arcus habet.
*Me iuuat in læto prostratum gramine corpus
 Grata defeffum reftituiſſæ mora:
 Et tu fubiectas membris muliebribus herbas,*
 500 *Cum fimili recubans vtilitate premis.*

B <ir>

Me

Me iuuat in magno Phœbææ lampadis æstu
Sub viridi nemorum ponere fronde caput.
Tu quoque membra locas in opaca fæpius vmbra,
Tutaque sub denso tegmine forma latet.
505 *Me iuuat excusso iaculum torquere lacerto,*
E manibus volitant fortia tela tuis.
Nos petulantis equi rigidas tractamus habenas ,
Et tu quadrupedum stringis in ore lupos.
Denique tu passim nostrarum fœmia morum
510 *Quod facit Hyppolitus, Phædra subinde facis.*
Vis quacunque volo, quæ nolo velle recusas:
Quæque probo temere qualiacunque probas.
Hæc si vera forent, vt tu vis vera videri,
Nunquam iam d'ro preffa labore fores.
515 *Has tibi non plenè notas concedimus artes,*
Quæ notæ poterant commoda multa dare.
Si tua mens harum studiis addicta fuisset,
Nunquam te vetitus detinuiſſet amor.
Quisquis amat celebres sectari concitus apros,
520 *Hic nullum veneris crimen amare poteſt.*
Quisquis amat fyluas, montes, latebrasque ferarum,
Nullus in hoc ſceleri per loca tuta locus.
Quisquis amat validis manibus iactare fagittas,
Prorſus in hoc ceſſant arma (Cupido) tua.
525 *Quisquis amat reliquas(ne ſingula perſequar)artes,*
Quas modo dicebas te voluiſſe ſequi:
Hunc neque ſpes fallax, neque gaudia vana mouere,
Nec vexare diu fœua libido poteſt.
Si poſcis cauſam,breuitè ſic accipe, curas
530 *Non ſimul admittunt pectora noſtra duas.*

B <iv>

Solus

*Solus habes prædam quam possidet ille tyrannus,
 In vacuo tantum pectore regnat amor.
 Sic nobis ratio, sic experientia monstrat,
 Exemplis reddi res manifesta potest.*

535 *Quisquis enim veterum turpi deceptus amore,
 Quisquis adulterij labe notatus erat:
 Iste vel in medias egit conuiuia noctes,
 Absumpsitque suas luxuriosus opes:
 Vel nullo domuit petulantia membra labore,*

540 *Sed iacuit stertens nocte dieque piger.
 Vel vitium (quia sunt confinia) iunxit vtrumque
 Luxuria fractus defidiaque simul.
 Cur Paris insignem Lacedæmona classe profectus
 Ad patriam rediens furta Pelasga tulit?*

545 *Cur Helenam rapuit, miserarum exordia rerum?
 In luxu viuens luxuriosus erat.
 Cur indigna viro muliebria pensa trahebat
 Affyriæ quondam regia septra ferens?
 Cur in fœmineo turpissimus agmine vixit?*

550 *In luxu viuens defidiosus erat.
 Cur ferus Alciden, quem nulla pericula belli
 Monstraue tot poterant frangere, fregit amor?
 Curque virum domitor meretricis iussa ferebat
 Imbelli subdens bellica colla iugo,*

555 *Depositis tandem quæ victor gefferat armis?
 In luxu viuens defidiosus erat.
 Cur vetito nati feruore Semyramis arsit
 Eiusdem gladio tradita iure neci?
 Fortis erat primum, sed mox ubi prælia spreuit,*

560 *In luxu viuens defidiosa fuit.*

Cur

Cur sponſæ Biblis, quàm nomen habere ſororis
Maluit, infando fratris amore calens:
Cur oblita fui prorſus furioſa pudoris
Illum per longas eſt comitata vias?
565 *Cur laqueo tandem luctus extruſit acerboſ?*
In luxu viuens, deſidioſa fuit.
Cur Medea fuam fugiens patriamque patremq̃
Venit in Æſonidæ turpiſ amica finum?
Nec Maga tam dirum potuit depellere viro,
570 *In luxu viuens deſidioſa fuit.*
Cur natum veneriſ molli pietate ſecundum,
Tam facili Dido iunxit amore ſibi?
Cur decepta, ſuoſ finiuit morte doloreſ?
In luxu viuens deſidioſa fuit.
575 *Quid reliquos memorem tam fœdo crimine turpeſ,*
Quoſ omneſ ſimili more periffe liquet ?
Contra ſi numeroſ qui ſtupri labe carebant
Quoſ canit ac longo tempore fama canet:
Inuenieſ propter magnos duroſque laboreſ,
580 *Tam fœdiſ rebus non potuiſſe capi.*
Quæ fuit e cerebro fummi prognata tonantiſ,
Quæque timenda truci Gorgone, tela quatit.
Nunquam ſentit amant violenta cupidiniſ arma.
Cur ita? luxuriam pigritiamque fugit.
585 *Noſtra Diana leui quæ ſumma cacumina greſſu*
Tranſilit, in ſyluiſ uſque pudica manet.
Atque feroſ tantum ferroſ aroſque requirit .
Cur ita? luxuriam pigritiamque fugit.
Aônio quo membra lauanti in fonte ſoreſ
590 *Contemnunt, multiſ arma timenda, faceſ.*

<B ijv>
Nec

Nec studiofa cohors villo succenditur æstu.
Cur ita? luxuriam pigritiamque fugit.
Sed te cum diuis nolo componere Phædra:
Et quarum vires æquiparare nequis.
595 *Respice mortales, quibus olim, talibus armis ,*
Tanta pudicitiae castra stetit lique.
Optauit Daphne fieri pro virgine Laurus,
Ne tibi complexum Delie nupta daret.
Et tulit optatum. cur verò fugit amantem ?
600 *Hoftis pigritiae luxuriaeque fuit.*
Hoc quoque tentantem cum Syrinx Pana timeret,
Pro Syringe dedit fistula facta fonos.
Cur hæc optauit? cur vouit talia Syrinx?
Hoftis pigritiae luxuriaeque fuit.
605 *Bellorophon (cuius diuino fulsit in ore*
Purpura cum nitidæ mixta colore niuis)
Quod steno bæa nouo poscebat ab hospite munus
Non dedit: hospitij ius violare timens:
Sed potius voluit cum tot conflagrare monstres,
610 *Quàm vetitum Præti commaculare thorum.*
Cur non corripuit Iuuenis petulantia mentem?
Hoftis pigritiae luxuriaeque fuit.
Turpiter instantem ne ferret Biblida Cannus,
Natales fertur deferuisse locos.
615 *Cur per transmissas ab eadem fæpe tabellas*
Ad scelus haud potuit victus amore trahi?
Cur non sectantem cupidè, respexit amicam?
Hoftis pigritiae luxuriaeque fuit.
Inclita Penelope per multos fortiter annos
620 *Perstitit absenti fida manere viro.*

B iij<r>
Nec

Nec cessasse procis fertur cur obsecro tandem?
Hoftis pigritiæ luxuriæque fuit.
Denique ne toto quæramus in orbe pudicos
Qui monstrent verum quod mea Musa docet.
625 *Me quoque priuignum similē hijs quoque diximus effes.*
D'ffimilemque tibi nonne nouerca vides?
Hoc mihi posse dedit filiarum Delia præses,
Hoc labor ,hoc frigi menfula posse dedit.
Quod si fecisses quæ fecimus, & tibi diua
630 *Quod dedit Hyppolito, Phædra dedisset idem.*
Sed quia malebas torpentem ducere vitam
Quàm quæ nos sequimur commodiora sequi:
Mens tua quæ melius rebus studuisset honestis)
Ingratum rigidi portat amoris onus.
635 *Te iuuat in saltus procurrare? te iuuat vrfos*
Figere ? te currus vertere stulta iuuat?
Hoc fecisse prius decuit cum libera curis
Nullum sentires virgo pudica malum.
Nunc iuuat incaffum post vulnera tanta medelam
640 *Quærere. Nunc sapiens reddita, fero fapis.*
Integra mens facili tam dira venena labore
Effugit , ac stabili robore fixa manet.
Hauſta femel creſcunt diſperguntur que per artus,
Et magna durant improbitate diu.
645 *Nec tamen iſta cupis quod tantum poſſe dolorem*
Talibus expelli diminuique putes:
Sed quo ,ſi facias quæ nobis grata videntur,
Sic reddi nobis gratior ipſa queas.
Nam ſi mollicie, quæ duriter intima torquet
650 *Viſcera propoſitum velle carere foret.*

<B iijv> Effent

Effent apta magis muliebria munera, fufi
Sumptaque de plenis ftamina longa colis.
Quæ fi vifa tibi femper iucunda fuiſſent:
Non hodie tantis corriperere malis.
655 *Non Bacchi furijs montes agereriſ in altos*
Impigra, veſano præcipitata pede.
Non Driadum, non faunorum fera monticolarum
Numina fentires cor penetrare tuum.
Ex quo fonte quidem tantos infana tumultus
660 *Hauſeriſ: incertum eſt, nec memorare queo.*
Sic tamen eſſe puto, ſicut depingis, & illud,
Quamuiſ tu fileaſ, proxima verba docent.
Quippe tuum narraſ, taleſ propè ſemper amoreſ,
Quoſ pia meſ refugit, concupiſſe genus.
665 *Nonne pudet clarum generiſ fœdare nitorem?*
Nonne pudet nidum commaculare tuum?
Nonne pudet veneriſ tam durum fingere numen,
Vt tot ab infaufſta gente tributa petat?
Scilicet hoc addiſ ne matrem vincere natus
670 *Forte videretur, quem faciſ ante grauem.*
Publicuſ hic moſ eſt hominuſ qui fœda patrarunt
Vt tribuant fatiſ propria facta fuiſ.
Pluribuſ exempliſ cupientiſ defendere crimen,
Oſtentat nobiſ quæ reticenda forent.
675 *Furta Iouiſ, matriſque tuæ, noſtrique parentiſ:*
Qui, tibi quod fuerat, deſit eſſe, referſ.
Vt tibi poſt illoſ non fit mala vita pudori,
Quoſ olim tantoſ fama fuiſſe tenet.
Ac de matre quidem nihil eſt quòd dicere poſſim,
680 *In ſe quippe nihil quod tueatur habet.*

B iiij<r>

Quid

Quid scelus esse negem, quod tu scelus esse fateris?
 Quodque (nec immeritò) crimen onusque vocas?
 Fertur enim tauro speciem mentita iuuentæ,
 Fœdandum corpus supposituisse fuum.
 685 Fabula quod narrant potuit fortasse videri,
 Ni sceleris faceret nata scelestæ fidem.
 Non tamen idcirco tibi facta nefanda parentis
 Amplectenda puto, fed fugienda magis:
 Vt genus infauftum putri contage repurges
 690 Emendefque tuæ filia matris opus.
 De Ioue quod mendax affirmat Creta, negamus:
 Quid non mentiri perfida Creta solet?
 Quis miretur enim de tanto numine tantum
 Si bene cognorit, fingere posse nefas?
 695 Hijs grauiora dedit vulgi spargenda per aures,
 Figmentis valde nobilitata fuis.
 Hoc eadem narrat, quæ se miseranda sepulchrum
 (Cum tamen is viuat) narrat habere Iouis.
 Quæ pugnaſſe Deos in fummo narrat Olympo
 700 Et faſces prolem furripuiſſe patri:
 Quæ latuiſſe diu varias induta figuras
 Numina Titanum narrat abacta manu:
 Quæ Patris à nato præciſa virilia narrat,
 Inque truciſ fluctus præcipitata maris:
 705 Quæ venerem a ſpuma, quam ex illis fuſcitatur aſtus
 Principium generis narrat habere fui.
 Cetera prætereo quæ multaque ſtultaque narrat,
 Omnia Democriti ſcommate digna ſonant.
 Hac portenta canit fanis ridenda piſſique,
 710 Et Cretæ quiſquam poſſit habere fidem?
 <B iiij> Multa

*Multa voluptatis causa finxiffe putatur:
 Sunt quæ non nulla commoditate iuuent.
 Plus ea miramur, quæ fingi nulla coegit
 Vtilitas, quàm quæ spesue metusue iubent.*
 715 *Prodest hæc multum vitiatæ fama puellæ,
 Dicta, quod in gremio fit caluiffe Iouis.
 Fit tolerabilius quod Iupiter ipse patrauit,
 Obscuratque suo probra nitore Deus.
 Hæc multis commenta placent, quæ sæpius haustum*
 720 *A magno simulant numine ventris onus.
 Vt non fit falsum quod Cretica fabula sparfit
 Quod Deus assumpto luferit ore bouis,
 Non tibi continuo sunt hæc facienda misellæ,
 Quæ fecit Diuûm captus amore fator.*
 725 *Tunc imitere Dei petulantia facta licebit,
 Cum pariter quæ sunt splendida queas.
 Interea magni numen Rectoris adora,
 Nec te cum fummo confer inepta Ioue,
 Addis ad infandum tutamen criminis illum*
 730 *Qui tibi connubio non bene iunctus erat.
 Qui fera Pasiphaes genetricis pignora strauit,
 Semiuirique fero sustulit ense caput:
 Quique tuæ retinens ducentia fila fororis:
 Cauta per varios fugerat arte finus.*
 735 *Hunc ais immemorem facti, meliora merentem
 Complexu miseram destituisse suo.
 Quod si destituit, non est cur ipsa queraris,
 Vtpote cui maius venerat inde bonum.
 Qui diuisus erat nunc vni cessit amicæ,*
 740 *Soliusque tui captus amore calet.*

<B vr>

Sed

Sed calet immerito, cum non respondeat ardor.
Illi quippe calet mens, tibi Phædra tepet.
Perfida perfidiæ fidissima pectora damnas
Hoc Ariadne potest iustius ipsa queri.
745 *Immo nec ipsa queri merito mihi posse videtur,*
Quippe relictæ quidem, sed tamen absque dolo,
Rem tibi si nescis quo gesta sit ordine pandam,
Vt patrem dubitet nemo fuisse pium.
Theseus e Creta post victa pericla reuerfus
750 *In Cyprios fines classe tenebat iter.*
Affuit ista foror, quam tu caufaris ab illo
Delusam, toto tempore grata comes.
Dum verò pinus rapidis agitata procellis
Per mare præcipit: mobilitate salit:
755 *Dum strident fluctus, dum nauis robora pulfant,*
Dum furit vnda maris, dum sale cuncta madent:
Dum nitidum cæco nigrescit turbine cælum,
Dum rotat affiduo vortice flexa ratis:
Hic infueta malis & tanto fracta tumultu,
760 *Durius afflicta mollia membra fretum:*
Nauseat infælix, pallefcit, frigore torpet,
Horrescens animo deficientè labat.
Sæpius attollit charissima pectora sponfus
In sponsi gremium, sæpius illa cadit.
765 *Ista diem totum patitur, noctemque sequentem*
Nec violenta feri definit ira maris.
Postridie Cyprio spectant in littore portum,
Gaudent, ac remos huc properanter agunt.
Ventum est ad terram, clafsis religata quiescit,
770 *In Xenij recreant corpora fessa domo.*

<B vv> Nautis

*Nautis expulſo redierunt frigore vires,
 Et ſolito Theſeus robore fortis erat.
 Vnica non potuit conceptum pellere morbum
 Frigidior gelida Gnoſia virgo niue.*
 775 *Quas non tentauit coniux ibi ſedulus artes
 Vt ſponſæ poſſit grata redire ſalus?
 Accerſit medicos, apponit pharmaca , nullum
 Præterit officium, ſed nihil iſta iuuant.
 Perſtitit inuictum quouis medicamine virus,
 780 Ac penitus neruis hæſit amara lues.
 Dum fouet vxorem, dum flet, dum cuncta veretur,
 Interea multi præteriere dies.
 Iamque videbatur ſe dira remittere peſtis
 Nonnihil. (hoc mœſto gaudia magna dedit.)*
 785 *Cum ſubito quaſſam non parua negotia puppim
 Infauſtum cogunt rurfus arare fretum.
 Non tamen ille ſuam ſic deferuiſſet amicam,
 Si cognouiſſet damna futura prius.
 Viderat ægrotam melius meliusque valere:
 790 Speſque reuerſuræ certa ſalutis erat.
 Ergo nihil metuens Nympham commendat amicis,
 Ipſe vale dicto mox rediturus abit.
 Interea morbus rediens, afflicta remordet
 Viſcera, moxque graui fracta dolore necat.*
 795 *At dum corpus humo condit ſtudioſa iuuentus,
 Ex inſperato Theſeus ipſe redit.
 Qui ſpe frustratus mœſtas dat in aëra voces,
 Hei mihi, confecto ſæpius ore, ſonans.
 Dilacerat crines, mærentia pectora tundit.*
 800 *Pallentes madido compluit imbre genas.*
 <B vir> Neue

Neue putaretur, fublato corpore mentis
Affectus pariter depofuiſſe pios,
Curauit magno celebrandum funus honore,
Manibus extinctæ munera grata ferens.
805 *Congesfit tumulum, flores conſperſit odoros,*
Infuſo pinguem melle rigauit humum.
Inſtituit grandi certamina ludicra ſumptu
Ex omni triſtis parte ineunda rogi.
Erexit ſtatuam, quæ ſponſæ membra pudicæ
810 *Os, humeros, crines, brachia, crura, latus,*
Denique fic totum referebat corpus ad vnguem,
Vi niſi nulla foret vox, Ariadna foret.
Adiecit titulos qui teſtarentur amorem,
Quo maior nulli poſſit ineſſe viro.
815 *Vt nihil é reliquis memorem, quæ multa ſepulchro*
Inſculpsit, tantum carmina pauca lege .
Hoc rigido tenerum latitat ſub marmore corpus,
Quo nihil in toto pulchrius orbe fuit.
Pulchrior ipſa tamen ſpecioſi corporis hospes
820 *Mens erat, hæc radios vicit Apollo tuos.*
Hæc mihi nupta fuit ſcriptori carminis huius,
Sed nimis heu paruo tempore nuptæ fuit.
Venerat é clari Minoïa cæde parentis
Mecum, nec viſa eſt præda fuiſſe leuiſ.
825 *In tumido pariter conſcendimus æquore nauem*
Rectus ad hæc noſter littora curſus erat.
Sed maris illa feri grauiter iactata per vndas
Sic eſt horribili faxea facta gelu,
Vt ſimul ac Paphium tetigiſſent carbafa portum
830 *Clauderet extremum lapſa repente diem.*

<B viv> O ſpes

*O spes fallaces, o gaudia vana, quis vnquam,
 Tam fubito falsus, tam miseranda tulit?
 Hei mihi ter misero cur posthâc viuere quæram?
 Interijt coniux, vita salusque mea.*

835 *Quis Deus hunc nobis inuidit tristis amorem,
 Dignus erat longo tempore verus amor.
 Sed quia fucceffus non sunt in amore secundi,
 Nec bona nostra diu fata manere finunt:
 Vt mihi viua prius, sic nunc defuncta coleris*

840 *Firmiter in fido pectore fixa manes.
 Quanquam nostra repens difiunxit corpora lætum,
 Non tamen a memori mens mea mente cadet.
 Quo me cunque trahet fortuna fugacior Euris,
 Hæc animi fidi litera tristis erit.*

845 *Nun^c Ariadna vale, non est cur plura loquamur,
 Sed nequè præ lachrimis possumus, ergo vale.
 Hancine perfidiam mulier scelerata vocabis?
 Perfidus an potuit talia verba loqui?
 Non potuit certè, sed tu fortasse pudoris*

850 *Nescia, quæ dico vera fuisse negas.
 Vt tibi vera probem certis ego testibus vtar,
 Testes sint Paphij, testis & ipse locus.
 Hæc hodie monumenta manent, manet ipse sepulchri
 Cultus, & hæc eadem carmina scripta manent .*

855 *Ergo nihil frontis mihi prorsus habere videntur,
 Quos pro compertis fabula vana iuuat.
 Quippe sua nostrum sponsa comitante parentem
 Nauibus vndifluam Nexon adiffe ferent .
 Cumque grauis lassum torpor tenuisset ,ab illa*

860 *Protinus elapsum vela dediffe notho.*

<B viir>

Nec

*Nec te terrigenis hæc stultos fingere miror,
 Quando nec a superis abstinere manus.
 Horum furta canunt, horum sine fine tumultus
 Indignos, horum pessima facta canunt.*
 865 *At quæ cælicolis t'ibuuntur, longa vetustas
 Protegit, à fannis falsa que tuta facit.
 Certè quod nuper, quod nostro tempore factum est,
 Id merito nullam debet habere fidem.
 Et tamen hij melius quàm tu de patre loquentes*
 870 *Invidia factum perfidiaque leuant.
 Deferuisse quidem narrans hanc Thefea nympham.
 Sed factum instinctu numinis esse putant.
 Nam venisse deum media iam nocte Bicornem
 Et monstrasse viam quæ fugiturus erat?*
 875 *Si deus author erat fugiendi, cur reprehendis
 Thefea nil meritum? paruit ille deo.
 Quis bonus haud timeat contemnere iussa deorum?
 Qui melius quàm nos optima quæque vident.
 Define quæso patris claros maculare triumphos,*
 880 *Define confictis ludere verba dolis.
 Illius exemplo ne fuade turpia dictu,
 Non cadit in mores fœda libido pios.
 Sed de patre fatis. Nunc ad tua verba reuertor:
 Quæ multum vafræ calliditatis habent:*
 885 *Immo perfidiæ potius rabidique furoris.
 "Non quæcunque potest dicere falsa, cata est?
 Hoccine quæso times, ne non Minoïa fuit?
 Ni sis quod generis tota propago fuit?
 Has leges violare nefas ô perfida credis?*
 890 *Quas tulit impietas quasque nefandus amor?*

<B viiv> Non

Non metuenda times, metuendaque negligis vltro?
Relligio talis relligione caret.
Si tales alij, qualis tu Phædra, fuerunt,
Vltima fis gentis fis precor ipsa tuæ.
895 “*Non decet in terra corruptam crescere meffem,*
Auferat hoc tantum iufque fidesque scelus.
“Inficient totum , nifi putrida membra fecentur,
“Orbem, nec fanus iam locus vllus erit.
Ad ftigios raptate lacus & tartara nigra
900 *Inferni fubito tanta venena canes.*
Quod fi non aliter poterit quàm fanguine peftis
Extingui, madeat plena cruoris humus.
Quodque dedit terræ nimia de mole quærenti
Iupiter antiquo tempore, nunc det idem.
905 *Quod fatale vocas non eft fatale, fed illud*
Tu fatis tribuis, quod cupis effe ratum.
Rurfus deciperis, rurfum te numina fallunt.
Non stringor fati legibus (ecce) tui.
Te mea forma capit, caperet tua forma viciffim
910 *Me, nifi cum tali pectore iuncta foret.*
Si tibi mens effet qualis fuit ante forori,
Effe mihi poffes quod fuit illa patri.
Hæc mihi de fido qui illos coniunxit amore,
Non de coniugij fœdere dicta putes.
915 *Nam fi cafta fores poffem te forfan amare:*
Non poffem coniux attamen effe tuus.
Cur nimium properas, cur tam feciffè videris?
Cur velut admiffò crimine læta canis?
Perfida mentiris gnatus genitorque, forores
920 *Non(vt tu dicis) furripuere duas.*

<B viiir>

Altera

Altera namque meo nupta est non rapta parenti:
 Altera nec rapta es nec rapière mihi.
 Sed neque te admittam quamuis me sponte sequaris.
 Absit ab Hyppolito crimen vtrumque procul.
 925 Si, quæ facta refers, ea verè facta fuissent,
 Effet, credo, mihi vita futura brevis.
 At, quæ nunc (faluis etiam male perdita rebus)
 Præproperè statui bina trophæa iubes,
 Si voti compos fieres(quod dii prohibete)
 930 Pro binis essent vix tibi quina fatis.
 Pluraque sperato de rerum fine locuta,
 Nunc ad principium denuo vela refers.
 Vnde tibi inferum concepti semen amoris
 Fluxerit, vnde vorax vfferit offa calor.
 935 Cæperit vnde tibi primum mea forma placere,
 Quam longè melius displicuisse fuit.
 Cum nuper cereri, de qua se iactat Eleufis
 Cecropiæ facerent mystica sacra nurus:
 Tunc ibi me visum narras, in damna videntis,
 940 Infixisse tuis osibus acre malum.
 Tum faciem nostram, quam sæpius ante probabas
 Vt pulchram, solito complacuisse magis.
 Tunc fulfisse tibi velamina corporis huius
 Albenti multo candidiora niue.
 945 Tunc rutulos viridi præcinctos flore capillos
 Phæbeum visos exuperasse iubar.
 Tunc ais egregium qui tinxerat ora ruborem
 Non cessasse rosis quas tua creta parit.
 Addis quod facies aliis truculenta feroxque,
 950 Iudice te, fortis nomine digna fuit.

<B viiiv>

Nec

*Nec speciosa tibi tantum modo membra placebant,
 Inque suo rectè stantia quæque loco.
 Sed dignæ formæ, quas tunc ostendimus ,artes
 Auxerunt flammæ femina dira tuæ.*

955 *Cum sternacis equi sublimia terga premebam
 Consperfumque leni puluere corpus erat.
 Iam quo nullus in hoc maior certamine fertur
 Mutato celebris nomine castor eram.
 Cum iaculanda manu celeri fera tela rotabam,*

960 *Credebar fortis robur habere ducis.
 Cum nocitura feris lato venabula ferro
 In manibus validè concutientis erant.
 Ni fexus dispar fimiles distingueret artus
 Dixiffes, telum hoc Delia virgo iacit.*

965 *Si quæ præterea iuuenis iuueniliter egi,
 Omnia vifa tibi fumma fuiſſe refers.
 Credo, tibi pulcher miranti cuncta videbar.
 “Miratur demens omnia, quifquis amat.
 “Nec modo quæ laudem propè nullam iure merentur,*

970 *“Sed quæ sunt maculis vndique sparſa probat.
 Sic Polyphemus erat Galatææ pulcher amanti,
 Quo non in terris turpior alter erat.
 “Sic proprios laudat fœdiffima fimia pullos,
 “Quòd deformis eis, forma parentis ineſt.*

975 *Denique(ne multis confumam tempora verbis)
 “Sic quod amat pulchrum quiſque putare ſolet.
 Qualemcunque mihi faciem vultumque dediffet
 Et pater & rerum publica cauſa , deus:
 Non huius facio, niſi formam caſta, venuſta &*

980 *Vita, mihiſque fimul vernat vterque decor.*

C <ir> Qualis

*Qualis, qualis, adest si nossem posse nocere,
 Deformata prius quàm nocuisset erat.
 Egregium fædo truncaffem vulnere nasum,
 Turpassẽm roseas vngue notante genas.*
 985 *Mollia conscisso fecissem liuida rictu
 Labra, nec ornassent tempora flaua comæ.
 Non fatis esse puto quod me sine crimine geffi,
 Debueram nulli criminis esse parens.
 O vtinam potius quàm hic hæssisset in imis*
 990 *Visceribus, nostro fusus ab ore furor:
 Tunc cum spiciferi venerandæ numinis aræ
 Thura merumque frequens Attica turba daret:
 Vel mea me Træzen multa spectabilis orno
 Captantem celeres detinuisset apros:*
 995 *Vel (quod & ipsa cupis pariter, nisi falsa loquaris)
 Inclyta seruasset te tua Creta domi.
 Nulla fuisset enim tam magni causa doloris
 Qui tua nunc audio viscera dente vorat.
 At quia mortiferum cæpisti vulnus, ab ipsa*
 1000 *Quæ te percussit cuspide quæris opem.
 In densis me dura iubet deponere fyluis
 Quæ sub inhumano pectore saxa latent.
 Teque negas dignam nobis debere videri
 Quam laqueum cogat nofter adire rigor.*
 1005 *At non sum durus, non sum de cautibus ortus,
 Nec riget in gelido faxea vena finu.
 Esse putas durum quod pefsima crimina vitem?
 Non est hoc dura fed patientis opus.
 Non possum fieri mollis tibi (duriter audax)*
 1010 *Ni patri longé durior esse velim.*

<C iv> Hunc

*Hunc læfiffe quidem vel paruo crimine, nedum
 Tam detestando credimus effe nefas.
 Non ego te perdo, fed quis prohibere volentem,
 Vltro fi cupias ipfa perire, poteft?*

1015 *Quid pharetrata mihi pofsit conferre Diana:
 Quid profint agili spicula iacta manu:
 Quid fub ftelligero quas ducimus æthere noctes:
 Quid celeres curfus per loca plana iuuent:
 Quid ductare canes, quid retia tendere ceruis:*

1020 *Cætera quid profint denique facta, rogas?
 Hoc mihi (fi nescis) præftant, vt fim tibi longe
 Difsimilis ,nec me vexet amarus amor.
 Dum ftudijs etenim corpus laxatur honeftis,
 Nil nifi quod deceat mens agitare poteft.*

1025 *Cætera quæque placent, (dices) hoc difplicet vnum
 Quòd longam facias rebus in hifce moram.
 Gaudia mutari debent, mutatio rerum
 “Grata fuit femper , grataque femper erit.
 Sunt mifcenda leui tam dura negotia lufu:*

1030 *Vt capiat partes vtraque dira fuas.
 Cum non horrefcat confortem Cyprida Phœbe
 Quid iungi myftas nos vtriusque vetat.
 “Si tollas venerem, iam nulla eft gratia fyluis,
 Ruftica prorfus erat gaudia nulla ferens.*

1035 *Hoc mihi tu narris, hoc vis me credere verum.
 Sed te mendacem res manifesta probat.
 Non bene conueniunt meretrix tua, noftraque virgo,
 Nec tam diftantes res capit vna duas.
 Verùm non refugit venerem, prolemque tonantis*

1040 *Delia, fed non eft hæc Ioue nata Venus.*

C ij<r> Tu

*Tu cupidam mentem fœdaque libidinis æstus
Appellas venerem. Non placet illa venus.
Hoc mihi semper erat studium, semperque futurū est,
Ne venus hæc in me possit habere locum.*
1045 “*Non durare quidem bene quicquam posse fatemur*
“*Ni reparet fractum robur amica quies.*
“*Sicut enim dicis, qui semper tenditur arcus*
Frangitur, aut iusto laxior esse solet.
Non tamen idcirco, si lassum corpus anhelet,
1050 *Vt redeant vires, est adeunda venus.*
Hoc nihil est aliud, quàm si quis febre laborans,
Vt valeat, stultus dira venena bibat.
“*Quis tandem coitus incommoda maxima nescit,*
“*Quidque mali secum gaudia parua ferunt?*
1055 “*Corporis epoto consumit sanguine vires,*
“*Et simul ingenij vimque decusque rapit.*
Sunt, quibus hoc possum melius consumere tempus
Quo defessa iuuat membra fouere, modi.
Est mihi vox dulcis modulandis versibus apta,
1060 *Quæ moueat chordas est mihi docta manus:*
“*Est legisse libros non iniucunda voluptas,*
“*Qui multa rerum cognitione scatent.*
Si nihil est aliud quo mens teneatur, ad ipsam
Naturæ faciem lumina flecto mea.
1065 *Aspicio rapida tortum vertigine cœlum,*
Dum solitas peragit nocte dieque vices.
Aspicio Phæbum diuina luce micantem,
Vincentemque sua sydera cuncta, face.
Aspicio varijs ridentes floribus hortos,
1070 *Aspicio densum fronde virente nemus.*

<C iij> *Aspicio*

*Aspicio lætas cerealia munera fruges,
 Aspicio pomis robora curua fuis.
 Admiror pluuias, trinitru , fulmenque tremendum,
 Cumque gelu rores, candidulamque niuem.*
 1075 *Admiror certis redeuntia legibus anni
 Tempora, quæ propria fingula dote iuuant.
 Admiror varijs animantia prædita formis,
 Quæque fuum reparent pignora multa genus.
 Hæc mihi dum lucet Titan spectare licebit,*
 1080 *Ne labatur iners vèl fine fruge dies.
 Mox vbi condiderit nitidum fol aureus orbem,
 Pulsaritque tuas Diua minerua fores:
 Maxima pacatæ rediit folatia noctis
 Stellarum rutilo cincta Diana grege.*
 1085 *Ergo nec in magno radiantis Apollinis æftu
 Materia lufus fylua carere potest.
 Nec fub tranquillæ denfa caligine noctis
 Vnquam laffatis, quo recreemur, a beft.
 Namque vel hæc eadem fubeunt quæ diximus antè,*
 1090 *Vel domat obrepens languida membra fopor.
 Hæc ego dum repeto merum , dum fingula tracto,
 Dum valde miror , fpreta libidi iacet .
 Sed quia non alia videar fuperabilis arte,
 Exemplis videor cedere poſſe tuis.*
 1095 *Enumeras igitur qui præceſſere nocentes,
 Ne videare mihi fola fuiſſe nocens.
 Hos ais in fyluis poſitos habuiſſe puellas
 Quæ noua defeſſis gaudia sæpe darent.
 Quos imitere , mali nunquam tibi, peſſima, defunt,*
 1100 *Nunquam non defint, quos imitere, boni.*

C iij<r> Sed

Sed tam parua tibi scelerofæ turba cohortis
Semina peccandi tanta dediffe potest.
Cur vt legitimè viuas casteque , bonorum
Non æquas vires copia maior habet?
1105 *Strenuus occurrit Cephalus cum pellice rubra*
Et Cinaræ præsto est aurea prole Cypris.
Non fugit Oenides cum forti virgine iunctus
Quàm fpolium cæfi iuffit habere fuis.
Ifta quidem memori fub pectore firmiter hærent
1110 *Quæ rapidis melius fuère Notis.*
Nobilium verò clariffima facta virorum
Præteriens , magna calliditate files.
Non est exemplis quòd rem faciamus apertam,
Nec facibus noftris lumina folis egent.
1115 *Plures effe bonos declaras ipfa, malorum*
Cum tria vix pofsis enumerare iuga.
Nec tamen inter eos, quos narras, vlla reperta est
Quæ cum priuigno iuncta nouerca foret.
Si fateamur enim, quæ tanquam vera citafti,
1120 *Tu nobis herbam fic quoque victa dares.*
Nunc autem quis nos, nifi talpa cæcior, illud
Perfpicit jn fictis ponderis effe nihil?
Quis grauis affirmat, quæ tu mihi fuccinis , author?
Quis tandem certa prodidit ifta fide?
1125 *Tu fortaffe potes multos afferre poetas,*
Quorum nefcio quod carmina tale fonent.
Vis tibi de veftris breuiter quid sentio dicam
Vatibus, aufculta, fic ego cenfor ero.
“Do numeros aptos, do fplendida verba poëtis,
1130 *“Do pectus multa fertilitate fcitens:*

<C iijv> “Cætera

“Cætera quæ faciunt ad plaufus, omnia dono.

“Solam demo fidem: qua caret ifte chorus.

“Nec tamen hij femper quæ funt vaniffimæ narrant.

“Sæpe fuperducto vera colore canunt.

1135 *In quibus indoctum non rarò vulgus aberrat,*

Pro nucleis auido tegmina dente vorans.

Vtque tibi poffit fieri manifestius iftuc,

Accipe vaticino quæ tibi more canam.

Vxor erat Cephalo pulcherrima , nomine Procris,

1140 *Cecropidum ex clara ftirpe creata ducis:*

Ille per vmbrofas folitus difcurrere fyluas

Plurima ceruorum corpora ftrauit humo.

Sæpius expleta multarum cæde ferarum

Cum fe laxaffet victa labore manus,

1145 *Et viridem laffo preffiffet corpore terram,*

Affiduo talos ædidit ore fonos.

Dulcis amica veni ne te via longa moretur,

Huc celeri greffu dulcis amica veni.

Dulcis amica veni, mea lux, mea magna voluptas,

1150 *Delitiæ que meæ, dulcis amica veni.*

Dulcis amica veni, frondofas lapfa per ornos,

In Cephalo gremium dulcis amica veni.

Dulcis amica veni, quis te tenet (aura)locorum?

Ne mihi nunc adfis. Dulcis amica veni.

1155 *Audijt hanc mulier quædam, fio fæpe vocantem.*

Dum nemorofa trahit per loca forte pedes :

Protinus ad Procrin currens temeraria, fponfam

In fyluis aliam vir tuus (inquit) habet.

Nam modò præteriens audiui verba loquentis,

1160 *Vna mihi cunctis dulcior aura veni.*

C iij<r>

Credula

Credula Nympha statim furialibus acta colubris:
Per iuga, per saltus, per latebrásque ruit.
Cum prope monstratas venisset ab indice partes
Sponsus vbi fufo corpore preffit humum:
1165 *Constitit infælix, ac densis tecto frutetis*
Aure viri missos captat ab ore sonos.
Ille suas repetens ; quas diximus antea, voces:
Sæpius ingeminat : Dulcis amica veni.
Postremò quasi iam venientem cerneret illam,
1170 *Nunc implet fessos, nunc (ait) aura finus.*
Procris ab amplexus cupiens prohibere mariti
Nympham , per fyluas plena dolore salit.
Sed mox adiecit Cephalus, Tu blande Fauoni
Nunc age fessa tuo flamine membra leues.
1175 *Tunc intellecta fallacis imagine verbi,*
Discutit ex animo triste doloris onus.
Iam quoque deposita formidine pellicis omni,
Ad fidum properat currere læta virum.
Dum per densatum magno veprem fragore,
1180 *Ramosum quassat fronde tremante nemus.*
Ille ratus damam, correpto protinus arcu,
Configit telo coniugis offa truci.
Continet hoc nostrum partim verissima carmen,
Partim quæ cecini vera fuisse putes.
1185 *Hæc tamen ipsa queunt pro veris forsan haberi,*
Si bene discutias quod mea verba sonant.
At non te fugiat quid significare velimus,
Detecta carmen fronte videbis idem.
Captus venandi studio Cyllenius hêros,
1190 *Impiger vrgebat nocte dieque feras.*

<C iiijv> Sæpius

Sæpius auulsum vel totis quinque diebus
Procridis à gremio dulce tenebat opus.
Hinc licet immerito fufpectus cæpit haberi,
Quòd traheret vetito captus amore moras.
1195 *Hæc eft fumma rei , nam fœmina criminis index,*
Procris ab inuita cæfa repente manu.
Pellex aura, tremens agitato corpore fylua,
Omnia de vatum pectore nata fluunt.
Atque fidem nullam cum fint adaperta merentur,
1200 *Non ratione tamen fabula ficta manet.*
Fœmina quæ mentem turbat male fedula Nymphæ
Vulgaris faciem garrulitatis habet.
Zelotypæ ftimulos aperit tam credula Procris,
Quæ nunquam trifiti fufpitione caret.
1205 *Quodneq₃ blanda Venus , neque mollis vincere torpor,*
Pectora quæ ftudijs incaluere , queant:
Exemplum Cephalus prudentibus vtile præbet,
Qui tulit à fponfa fponfus abeffe diu.
Coniugis immerito fufpecta libido, vocari
1210 *Procridis extinctæ nex inopina poteft.*
Sic etenim viuens morienti proxima viuit,
“ Sufpitio diræ vulnera mortis habet
“ Apto monftrantur difcrimina maxima verbo,
“ Non eft hæc trifiti morte ruina minor.
1215 *Confimili fenfu nos accipienda putamus:*
Quæ de Tithoni coniuge fama canit.
Cum Cephalus miro nemoris caperetur amore,
Perdendique feras quas locus ille tenet;
Longam fæpe diem nimium properare putauit:
1220 *Ac tardè celeres currere noctis equos.*

<C vr>
Atque

Atque fubinde nouos præcefsit Apollinis ortus,
 Quo thalamos aperit tempore Diua rubens.
 Argumenta dedit figendi talia multis,
 Dum Syluas peteret, vifus adire deam.
 1225 Forfitan & caufam figendi nominis error
 Præbuit, ac populi fractus in ore fonus.
 Non te Procri modo tua pellex aura fefellit:
 Aft eadem reliquis impofuiſſe poteſt.
 Vertit in auroram leuis auræ nomen, inepta
 1230 Neſcio quæ mulier non fatis aure valens.
 Protinus in vulgus latè noua fabula ſparſit,
 Mandauitquæ libris hanc tua (Phœbe) cohors .
 Quæ folet ex tumulis vaſtos producere montes,
 Quæ facere ex vili muſca elephanta folet.
 1235 Nonne poteſt unam leuiter corrumpere vocem,
 Atque duas reliquis addere fama notas?
 Quæ de formoſa mihi rurfus Adonide ſubdis,
 (Quem licet imberbem fertur amaſſe venus)
 Déque repentino Meleagri fortis amore,
 1240 Sunt , vt aperta , leui tranſilienda pede.
 In teneram Cyneræ prolem cum tanta libido
 Non cadat, hoc aliud ſignificare poteſt.
 Sic etenim voluiſſe puto monſtrare poetas.
 Et prope diuino fulſerit ore puer.
 1245 Idque per exceſſum conſueto more, canentes
 Dixerunt formam poſſe mouere Deas.
 Ænidæ vero coniux Atalanta forori
 Non (vt tu narras) turpis amica fuit .
 Quis niſi mentis inops , genitalis fœdera lecti
 1250 Si bene iungantur , non vt honeſta probet?
 <C vv> Nec

Nec tua cum rectè factis conferre labores
Crimina, sic etenim deteriora facis.
Cum rutilo quotiens ferrum componitur auro,
Quàm prius extiterit , vilius effe folet.
1255 *Quod mihi de cunctis ne foli defit amica*
Syluicolis, optas ipsa venire comes :
Quòd te dicis apros obliquo dente timendos
Spernere, fi nostro detur amore frui:
Quid Træzena meam, tenuis quam fustinet Ifthmos,
1260 *Præ magnæ celebri Palladis arce probas:*
Quòdque tua patria , mea charior effe videtur,
Iam tibi blanditias ista , strophâsque fonant.
Nil his commoueor , lusus admitto iocosos,
Quamuis omnino feria nulla trahant.
1265 *Quæque nihil noceant possum mendacia ferre,*
Non possum verò quæ mihi damna ferant.
Quæ tibi de nato veneris , de principe cœli,
De coitum nitidi matre ferente Bouis:
De Cephalo rursus , de Cypride , de Meleagro,
1270 *Nominibus tantis, dicta fuere prius:*
Et si fœda sciam nullique ferenda pudico,
Qua licet ac possum dissimulare libet.
Tanta boni certè non est iniuria patris
Dissimulanda mihi , si pius esse velim.
1275 *Surgis in innocui crudelis bellua famam,*
Inque malam partem splendida facta rapis.
Scilicet inuifum patris mihi reddere nomen,
Omni qua possis arte scelestâ paras.
Vt videre mali merito fugisse mariti
1280 *Lectum , nec tibi fit non redamare pudor.*

<C vir> *Dicis*

*Dicis abeffe virum, nec eundem velle reuerti,
 Ne reditus possit me cruciare timor.
 Omnia commemoras quæ Theſea lædere poſſunt,
 In confingendo crimine docta fatis.*

1285 *Quid tamen admifit ? quod dignum vindice crimen?
 Quas odij cauſas quæſo referre potes?
 Si reprehendis eum quòd gratum fidus amico
 Præſtitit officium , nobile carpiſ opus.
 Cui datur hoc vitio quod amici commoda ſpectet?*

1290 *Quòdque putat comiti nulla neganda bono?
 Hinc Agamemnonides toto clariffimus orbe
 Redditur ,hinc Pyladæ nomen ad aſtra volat.
 Hinc tibi Pelide magnum Patroclus honorem
 Præbuit, hinc celebris fit tua Niſo fides.*

1295 *Denique laudamus quicquid fecêre priores,
 Vt ſocijs poſſent ferre ſalutis opem.
 Cur igitur patris fidiffima pectora damnas
 Si quid Pyrithoo præſtitit ipſe ſuo?
 “ Quifquis amicitia de mundo fœdera tollit,
 1300 “ Phæbæum cæco tollit ab orbe iubar.
 Forſitan hanc ipſam neque tu ,licet impia , damnas,
 Sed quodam cenſes poſſe valere tenus.
 “ Forſitan ad ſacras dicis non longius aras
 “ Fida ſodalitij iura tenenda pijs.*

1305 *Aſt hunc, quod ſcelus eſt, ſtygiam tranſſe paludem?
 Vt Siculam rapiat Ditis ab arce Deam.
 Si moliretur quod iuſque piûmquè vetarent,
 Inuidiam poſſet tanta leuare fides.
 Egregios magni laudarent pectoris auſus,*

1310 *Multi ,pro Socio tale mouentis opus:*

<C viv> Quem

Quem neque tres furiae, neque tetri carceris horror ,
 Nec rabidus triplici Cerberus ore canis:
 Nec reliquæ pestes valeant terrere, quis illum
 Pectoris inuictum robur habere negat?
 1315 Quis neget eximium, qui talia cogat , amorem
 Fortiter obiecto corpore monstra pati?
 Non tamen ipse patris tam fortia facta tuerer,
 Si faceret quod tu, stultaque turba putat.
 Non facientis enim vires nec cor generosum,
 1320 Ni facti fuerit causa probanda, probo.
 Quòd si nosse velis, vel quo properauerit ille,
 Vel quæ sit longæ causa putanda moræ:
 Seposito dici patiaris murmure verum:
 Dum tibi qua liceat rem breuitate cano.
 1325 Ille nec ad rutilo descendit lumine cæcos:
 Nec stygij subiit tristitia regna Iouis:
 Nec prædam focio te sacra Proserpina captat:
 Nec rabidum stricto prouocat ense canem:
 Non cadit in mentem vesania tanta sagacis
 1330 Egregijque viri non cadit iste furor.
 Nunquam Pyrrhus tam stulta petisset ab ipso,
 Nec victurus eum, si petisset, erat.
 Vnde igitur multis istuc iactatur in ore?
 Vnde data est falsi criminis ansa, rogas ?
 1335 Hic quoque vicinis deceptum vocibus errat
 Vulgus, in effictis vera latere putans.
 Qui tenet Epyri fortissima regna Tyrannum,
 Inferni nomen Ditis habere ferunt.
 Nec sic mentiti solum Plutonis adumbrat
 1340 Sceptra, sed & coniux dicitur ipsa Ceres.
 <C viir> Dicitur

*Dicitur & proles huius Proserpina virgo,
 Ne qua disformem conditione putes.
 Huc accedit item quòd eidem Cerberus adfit
 Quem triplex vincit dura catena, canis.*

1345 *Cum quo rex illum mandat certamen adire
 Quisquis in amplexum virginis ire cupit.
 Congressos autem male fausto fydere multos,
 Tradidit horrendæ bellua sæua neci:
 Hæc aliò multi torquent, hinc putida fluxit*

1350 *Fabula de raptu virginis illa deæ.
 Huc igitur focijs pertraxit gratia nostrum
 Vt tradatur ei sponsa cupita, patrem.
 Pyriothique licet magno teneatur amore:
 Non tamen hunc nobis præposuisse reor.*

1355 *Non est de nobis cur non ad tempus abesse
 Posit, nec cæptum est, quod remouemur iter.
 Pyriothoi contra dubias properantis adoras
 Non patiebatur ducere causa moram.
 Si nos in simili positos discrimine rerum*

1360 *Cerneret, haud fictus perspiceretur amor.
 Tu tamen ingratum nobis ostendere tentas,
 Vt gemini pariter criminis esse reum:
 Quòd nos deferuit, quòd nobis sanguine iunctos
 Ad stygios duro transferit ense lacus.*

1365 *Quarum si libeat causas expendere rerum,
 Nulla procul dubio culpa necantis erit.
 Quod de fratre tuo causaris inepta perempto:
 Magnas hoc laudes iure meretur opus.
 Nonne fuit misera dignus qui morte periret,*

1370 *Cum forma tauri non bene iunctus homo?*

<C viiv> Nonne

Nonne fuit cæsus merito qui sanguine paſtus
Humano, multis cauſa timoris erat?
Nonne luit pœnam crudelis bellua dignam,
Qui tanta patriam cæde repleuit humum?
1375 *Cur tibi quod placuit quondam, placuitque forori,*
Quòdque patri placuit, nunc reprehendis idem?
Si vel parua tibi ſupereffet mica pudoris:
Monſtroſus frater diffimulandus erat.
Dedecori monſtrum eſt monſtri quoque cauſa pudore
1380 *Affert ,nec matris probra latere finit.*
Addis ad inuidiam crudelia facta fororis,
Quam dederat miſeram Theſeus ipſe neci.
Iam tibi monſtraui ſuprà, quàm falſa loquaris.
Non eſt hic eadem cauſa tuenda mihi.
1385 *Triftia dilectae ſubnectis funera matris:*
Hac quoque labe virum commaculare ftudes.
Extinctam fateor, nolo manifeſta negare.
Res eſt quàm velim certior iſta mihi.
Nec leuiter vexat triſtis præcordia caſis,
1390 *Quem nequeo ficcis nunc recitare genis.*
At non propterea, cum nil præclarius extet,
Imminuenda pij gloria patris erit.
Non fuit huic certè pereundi Theſeus author,
Si foret, humana vir fine mente foret.
1395 *Hiccine tam caſtam potuit iugulare puellam,*
Tam fido iunctam pectore, tamque piam?
Ne quod tale parens damnum pateretur ab illo,
Non tantum Hyppolito pignore tuta fuit.
Tuta fuit tali facie, quam dicere turpem,
1400 *Nec Momus poterat, tuta pudore fuit.*

<C viiir>

Tuta

*Tuta fuit rebus quas gefferat antea magni
 Thefeus, hic lethi quis metus esse potest?
 Si nec amata viro, nec digna fuisset amari,
 Non tamen idcirco non toleranda fuit:*
 1405 *Obscuraffet enim titulos extincta superbos,
 Per quos illius furgit in astra caput.
 Hoc perijt nuper ferus interimente Procuftes,
 Hoc Schinis, hoc Schiron femiferumque genus.
 Ista per Hyppolitæ cecidissent omnia mortem,
 1410 Si modò vera necis causa fuisset ei.
 Nec licet his tantum stultas convincere nugas,
 Sed falsum crimen vel modus ipse probat.
 Quod tibi, quo melius possis cognoscere, dicam.
 Quod super hijs falso credita turba putet.*
 1415 *Iufferat Euristeus, quo multa iubente pericla
 Alcides toto victor in orbe tulit:
 Iufferat Hyppolitæ pugnacis tollere zonam,
 Scilicet hoc fieri non potuisse ratus.
 Monstris ille tamen grauioribus ante subactis,
 1420 Hinc quoque se palmam posse referre putat.
 Aggreditur bellum, comitem se Thefeus addit,
 Barbaricam vincunt non fine clade manum.
 Hactenus haud dubiè quæ sunt verissima narrat.
 Hoc etenim gesta est res (mihi crede) modo.*
 1425 *Cum tamen adiiciunt quod in ipso Marte cruento
 Casa sit Hyppolite coniugis ense fui:
 Quis tam stultus erit, quis tam sine pectore truncus,
 Vt verbis istis credat ineffe fidem?
 Si tulit exitium, dum pugnat in ordine miles,
 1430 Quomodo sponsa patri tradita deinde fuit?*
 <C viiiv> Quo-

Quomodo me genuit posthac? quis non putet istos
 Qui sic nugantur mentis habere nihil?
 Si caret hic vitio: (dices) quis perdidit illam?
 Hoc ab Amazonia discere gente potes .
 1435 Ipse tibi referam quod ab illis ante rogatum
 Audiui ,nec me vera latere putes.
 Hanc ubi captiuam cepisset ab Hercule belli
 Mercedem subito captus amore fuit .
 Virgineoque bonum miratus in ore colorem
 1440 Ad patrios voluit præmia ferre lares.
 Nec fidum renuens comitem sponsumque puella
 Sese ductori tradidit ipsa suo.
 Talia dum versant animo , dum cuncta parantur:
 Horrida finitimi rursus ad arma vocant.
 1445 Nascitur interea confusio maxima rerum.
 Turba repentino fracta pauore tremit.
 Hic tunc Hyppolitam, si non (ô maxime Theseu)
 Te dilexisset, quid potuisse putas?
 Nonne suas iterum poterat reparare cohortes?
 1450 Nonne noua poterat bella cingere manu?
 Non tamen hoc fecit, non hostis, ut antè, marito,
 Sed nunc in bello fida patrona fuit.
 Corripit arma furens, medios se fundit in hostes,
 Militis incurfus preffat acerba noui.
 1455 Dumque nimis vehemens instat, dum prodiga vita
 Per densas acies nil remorata falit:
 Multorum tandem iaculis confossa virorum,
 In reliqua populi mortua strage cadit.
 Sic extincta suum bene declarauit amorem,
 1460 Non virtute magis quam pietate nitens.
 D <ir> Theseus

Thefeus occifam magni fepeliuit honore,
Fortia fub gelido marmora membra locans.
Addit hos fido natos è pectore verfus:
Confcia qui taciti verba fauoris habent.
1465 *Hoc incluſa latet mulier validiffima faxo,*
Inter Amazanios gloria prima greges.
Qui mihi dura quidem tu donec fuccumberet armis,
Poft bellum vero ſponſa fidelis erat.
Namque, repente nouo poſthac oriente tumultu,
1470 *Concidit in pugna fortiter vlta virum.*
Cuius fama rei laudesque decuſque manebunt
Inclyta per multos non peritura dies.
Hyppolite valeas, tua molliter offa quieſcant:
Dij tibi dent factis præmia digna tuis.
1475 *Quod ſolum poſſim, fidis ita ſpondeo verbis,*
Quod mihi tu fueras, hoc tibi ſemper ero.
Hæc eſt vera rei narratio, crede loquenti,
Luminibus vidi carmina ſcripta meis.
Cætera quæ nullis certis authoribus, addis
1480 *Vulgus, ab erroris fonte proſecta ſcias.*
Iam quod priuato ſociatam fœdere dicis
In thalamo nullas exagitaſſe faces:
Flebilis inuidiam fati, non Theſea taxas,
Quem cepiſſet enim, morte cadebat, honor.
1485 *Nec pudet Hyppolitum, quod fit fine fœdere natus:*
Pluribus hoc alijs contigit ante viris:
Qui virtute ſua totum fulſère per orbem
Pluſquam Phœbæo clarus in orbe nitor.
Non genus & proauos noſtrum reputamus honorem.
1490 *His facit obſcuros vita modèſta pares.*

<D iv> Nec

*Nec piget imperij fasces concedere fratre,
 Qui longo post me tempore natus erat.
 Non vitio patris, non matris contigit illud,
 “ Quæ fortuna dedit qualiacunque feram.*
 1495 *Quod si magna facit tales opulencia rerum,
 Qualem te , regni luxuriantis opes.
 Regna sibi frater teneat, mihi fylua placebit,
 Non amo cum tantis commoda iuncta malis.
 Quos mihi germanos ex te genetrice creauit,*
 1500 *Thefeus hos noli damna vocare mea.
 Nec fimules quod eos inuitum nutriat vber,
 Quos me de regno posse mouere scias.
 Non hijs inuideo fælicis munera fortis,
 Sed longos opto munera grata dies.*
 1505 *Quas de rumpendis pergis subnectere membris
 Sensus in his duplex vocibus effe solet.
 Si de te dicas, non imo ex pectore ducta,
 Nata sed in labris verba fuisse reor.
 Sin autem nostris hoc damni fratribus optas,*
 1510 *Ne mihi præripiant regia sceptrâ nothi:
 Durior effe mihi quouis adamante videris,
 Qui pueros cupias interiijffe tuos:
 Vixque die vifa fubitas sensijffe tenebras,
 Cum dolor vrgeret ponere ventris onus.*
 1515 *Sed mihi ni mirum sic rem te dicere gratam
 Imperio nostro vifa fauere putas.
 Sic mihi blandiris, sic barbâ vellere tentas,
 Sic me posse putas ad tua vota capi.
 Hic iam succurrit quod mouit & antea rifum,*
 1520 *Quomodo fit virgo facta puella parens.*
D ij<r> Post

*Postquam visa meum fatis es taxasse parentem,
 Inuidiæque viro conciliaffe fatis:
 Nos de sublimi rides & scommate pulsas,
 Fine sub extremo talia dicta vomis:*
 1525 *Inunc & meriti lectum reuerere parentis
 Quem fugit, & factis abdicat ille fuis.
 Omnia vana fonis. Non ille cubilia factis
 Abdicat, aut rumpit, quod facis ipsa, fidem.
 Non est cur naso meritis crispante notetur,*
 1530 *Nunquam, cur illum non vereamur, erit.
 Sed tu cum noris vetitum, ne quando nouerca
 Cum sponsi nato sit coitura fui:
 Hos mihi terrores animo remouere laborans
 Tam dirum tentas occuluisse scelus.*
 1535 *Quod veterum coluit pietas, hoc impia spernis:
 Quæque libet cunctis, illa licere putas.
 Si vetus est pietas, tanto magis esse tenendam
 Arbitror, antiquis multa fuisse bona.
 "Nec temere mutanda reor quæcunque priorum*
 1540 *"Consensu tanto culta fuisse diu.
 "Quæ noua succedunt, antiquis plæraque cedunt,
 "Et sunt prototypis deteriora fuis.
 Rustica regna vocas Saturni, rustica fané,
 Sed pia rusticitas non scelerata fuit.*
 1545 *Aurea primæuæ rutilabant secula gentis
 Cum Phœbi sanctus regna teneret auus.
 Mox ubi ima patris tenuisset Iupiter arcem
 Argento cessit protinus omnis honor.
 Quid voluisse fibi fingentes ista poetæ?*
 1550 *Quid nisi perpetuo deteriora sequi?*
 <D iju> Non

*Non tamen argentum tantummodo secula gignunt
 Nostra. sed in multis aurea vena manet.
 Nec moritura fuit viuax pietatis imago
 Postea, quippe boni quam coluere colunt.*
 1555 *Qui sapit inter se duas pugnare negabit,
 Nec damnare Iouem quæ placuere patri.
 Antea non poterant coniuncti sanguine, iuncto
 Misceri castè vir mulierque finu.
 Sed neque nunc possunt, neque nunc quodcunque iuuabit*
 1560 *Protinus hoc statuit Iupiter esse pium.
 Plurima de fummo memorantur falsa tonante
 Ne careant specie pessima facta boni.
 Si quis adulterij manifesta labe notetur,
 Protinus ad fumum prouocat ille Iouem.*
 1565 *Si quis non casto feruescat amore fororis,
 Non pudet: exemplo est culpa soluta Iouis.
 Si quis in vxorem petulantior esse parentis
 Dicatur, citat hunc rursus & ipse deum.
 En, quo vestra ferant vani mendacia vates,*
 1570 *Quæ fieri cogant non fine laude mala?
 Iupiter omnipotens cum fit tibi missile telum,
 Cur hos indemnes lentus abire finis?
 Tu superas etiam stultos (furiosos) poetas
 (Et si vix quicquam stultius esse potest)*
 1575 *Non cognata probans tantum qui corpora iungit
 Nodum, sed reliquis omnibus anteferens,
 Illa tibi demum firmis coitura videtur
 Copula, iuncturis quam ligat ipsa Venus,
 Si ligat ipsa Venus fateor, sed non ligat illa*
 1580 *Cum generis mixto femine feruet amor.*

D iij<r> Semper

*Semper abhorrebat tales venus inclytæ nexus,
 Quales hanc reliquis imposuisse refers.
 Omnem cauta moues lapidem: genus omne stropharum
 Excutis, vt possim præda cupita capi.*

1585 *Nunc authore deo fimulas nihil esse timendum,
 Cur quod iussit amor non mereatur opus?
 Nunc me blanditias palpas, tinctumque rubore
 Candorem vultus ingeniosa probas.
 Nunc terrore graui pulsas, nunc mollia iungis,*

1590 *Nunc mea moturus viscera fletus adest.
 Nunc mihi te stabili coniunctam fœdere dicis:
 In nostro fidam velle manere thoro.
 Nunc facis inuidiam patri dum cuncta recensēs,
 Quæ si facta quidem, non bene facta forent.*

1595 *Nunc exempla citas quibus hoc licuisse quod optas
 Antiquis monstres tamque licere tibi.
 Denique ne cupidum tardet formido laboras
 Tandem, & sollicitum ponere mentis onus.
 Nec tamen excuterent animo tua verba pauorem,*

1600 *Si premeret tantum pectora nostra pauor.
 Quod putet audendum noster sibi conscius ardor
 Sub titulo generis posse latere putas?
 Non ego posse puto, nisi quis quæ videt apertè,
 Illa sibi prorsus visa fuisse neget.*

1605 *Si quisquam videat complexu brachia iungi
 Labraque non paruas ducere iuncta moras :
 Viderit ista semel, castum fortassis amorem
 Occulta credet fraudis habere nihil:
 Verùm si fuerint eadem repetita frequenter.*

1610 *(Vt certe crebras sunt habitura vices)*

<D iijv> Non

*Non ego priuignus reputabor, vt antea, fidus,
 Nec tu diceris, fida nouerca mihi,
 Sed tu continuo meretrix, ego turpis adulter
 Cognoscar, poterit nec bene culpa tegi.*
 1615 *Quod fubeunda negas mihi, quæ patiuntur amantes?*
*Dum stant occlusis non semel ante fores,
 Hoc alijs, quos ista folent promissa mouere,
 Non mihi qui sperno talia dona, refer.
 Per tenebras alij discurrunt noctis opacæ,*
 1620 *Cingentes madidis tempora laxa rofis.*
*Limina calce terunt, custodem fallere tentant,
 Affiduas iactant igne rotante faces.
 Denique, si neque sic intromittantur, ibidem
 In fomnum tandem, spe pereunte, cadunt.*
 1625 *Ast ego non modo non patiar, quod vulgus ineptum,*
Sed neque quæ facilem se dat, amica placet.
Non ego te precibus, quo sis mihi blanda, laceffam:
Nec si tu iubeas vltro, venire libet.
Quos tenuit domus vna duos, tenuisset eisdem
 1630 *Sæpius, antiquum si tenuisset amor.*
*Sed quia mutatum video, mutabor & ipse,
 Nosque tenere simul desinet vna domus.
 Et procul auditas trepidans exhorreo voces,
 Nedum præsentibus absque labore feram.*
 1635 *Oscula multa dedi fateor, sed pauca recepi:*
Quæ data credebam nil habuisse doli.
*Argumenta tuæ pietatis magna putabam
 Ista, vicesque pudor non retulisse fuit.*
Nil mihi suspectum fuerat, nec tunc (nisi fallar)
 1640 *Mentem Phædra tuam cæperat iste furor.*

D iij<r> Nunc

Nunc vbi facta palam te funt prodente venena,
 Sana venenofis iungere labra piget.
 Tutus ero tecum fœdissima? quomodo tutus?
 Quæ per te totum nil supereffe finis.
 1645 Sic ego tutus ero ficut cum vulture paffer,
 Aut vaftris anfer vulpibus effe folet.
 Iactatur vulgo celebris Sententia, claudum
 Reddi , qui claudio proximus effe velit.
 Sicut ab infecto qui redditur halitus ore,
 1650 Proxima ferpenti corpora tabe replet:
 Sic malus è prauis hauritur moribus error.
 Si prope fe quisquam dira venena ferat.
 Nos quoque ne fimili pereamus amore , cauentes
 A te viuemus bellua fæua procul.
 1655 Tu tamen haud tutum fpondes modo , fed mihi laudem
 Hinc quoque mentiris poffe venire bonam.
 Si quisquam laudare velit turpiffima ftultus,
 “ Non moror has laudes, quas mihi culpa dabit.
 “ Hunc puto laudari demum quem propria virtus
 1660 “ Ex humili clarum tollit in aftra loco.
 “ Quæ rude miratur vulgus, fapientior horret
 “ Exacta trutinans omnia lance cohors.
 Ofcula fi ferri poffunt , fi brachia iuncta,
 Si blandæ voces, nonnè cubile potest?
 1665 Qui videt in lecto tam iunctos , ifne putabit
 Mifceri tantum labra pudica fibi?
 Qui folo veræ capitur pietatis amore,
 Hic nunquam talem quærit adire locum.
 Tandem finitis rationibus , addis & ipfas,
 1670 Quas multum credis poffe valere , preces.
 <D iiijv> Et

*Et properare rogas & iungere fœdera tecum,
 Scilicet hoc tantum nunc supereffe rata.
 Si que velim quod vis , hac conditione precaris
 Vt mihi fit mitis, qui tibi fœuit amor.*

1675 *Tantum nunc precibus quantum rationibus antè
 Proficis, ex æquo cæffus vtrunque labor.
 Dedecus ipfa tuum nofti nec vilia magnos
 Imperij titulos verba decere vides.
 Attamen Hyppolito fupplex humilifque precaris,*

1680 *Omnia contemnens quæ tua regna petunt.
 Non decet hanc alios moderari , quæ fibi nullos
 Peccandi frenos impofuiſſe poteſt.
 Non decet hanc fæpe ſubmittere victam,
 Qui tot ſubjectos iactat habere fibi.*

1685 *Non decet hanc dominam tantæ regionis haberi,
 Quæ deprefſa graui pondere ferua gemit.
 En en infælix, quo te veſania duxit,
 Vt quod nouiſti dedecus eſſe feras ?
 At pugnaſſe diu ſcribis ne talia ferres,*

1690 *Neu te frenaret ſub iuga dura ſcelus.
 Non pugnaſſe reor , vel non pugnaſſe feroci
 Pectore, ſed leuiter terga dediſſe malo.
 Non tractandus erat tam durus molliter hoſtis ,
 Sed validis telis percutiendus erat.*

1695 *Non cedit lachrimis, non vanis queſtibus vnquam,
 Sed mentis firmo robore pulſus abit.
 Sic tu pugnaſas, vt eos pugnare videmus,
 Quos propria vinci proditione liquet.
 Protinus vt primos ſenſiſti in pectore motus,*

1700 *Expellendus erat ſenſibus ille tuis.*

Tunc

<D vr>

*Tunc frangi poterat facili certamine victus,
 Tunc poterat constans regna tenere pudor.
 Nunc iussisset eum sua signa relinquere terror:
 Qui tibi nunc toto nullus in ore manet.*

1705 *At postquam cepit miseræ penetralia mentis
 Deuastare ferox , ecce tyrannus adest.
 Hæc tribuenda mora sunt omnia, quod patereris
 Ad fines propius bella venire tuos.
 Iam quocunque rapit tempestas , impigra curris?*

1710 *Nec fcis quid facias, quòue loquare modo.
 Ipsa vides facinus quod tentas esse nefandum,
 Quæque facis demens non facienda vides.
 Imploras veniam facti quod sponte fateris,
 Quam tibi si donem , quid capis inde boni?*

1715 *Non potes absolui, me iudice , factæ loquuntur:
 Et peragunt omni te sine fine ream.
 Dura domare iubes me pectora? dura projectò
 Non sunt quæ durum non patiuntur onus.
 Quæ tibi durefcunt , ea sunt molliffima nobis,*

1720 *Quæ tibi sunt rursus mollia, dura puto.
 Ingeris hic patrum qui latè possidet æquor,
 Ingeris & proavi fulmen ab arce volans.
 Nec reticetur auus radianti lumine cinctus,
 Quo rectore dies noxque mouere solet.*

1725 *Scilicet hæc demum me nomina sacra verentem
 His concessurum , quod tibi nolo, putas.
 Sunt veneranda quidem, sunt nomina magna fatemur,
 Non tamen hoc à me muneris illa petunt.
 Sed pudet istius neptis (mihi crede) Tonantem,*

1730 *Nec foboles patri sic inhonesta placet.*

<D vv>

Vt

*Vt parcamus eis nihil est quod inepta labores,
 Istos quippe volens lædere nolo deos.
 Sed parcam melius fī te furiosa repellam,
 Quàm fī fīm precibus lenior ipse tuis .*
 1735 *Nam licet eximium nequeas caligine fydus
 Obferuare, tua vel pice nigra magis:
 Si tamen haud castè fuccedens vixerit ætas,
 Ad primos idem pertinet iste dolor.
 Porro quandoquidem nosti , quod dicitur olim,*
 1740 *Muneribus vinci pectora stulta datis:
 Rurfus ab æthereo delapsa cacumine, spondes
 In terris positi maxima regna patris.
 Imperij nostri passuram dicis habenas
 Cretam, centena quæ nitet vrbe potens.*
 1745 *Si tantis pectus donis caperetur auarum,
 Quæ mihi promittis, quomodo stulta dares?
 Quo confirmares fufceptum pignore fceptum:
 Ne mihi donatæ furripiuntur opes?
 Thefeus externis semper latiturus in oris,*
 1750 *Nec reuocare suum posse videtur iter.
 Posse redire puta , reditum credimus ipsi,
 Nec vasto cedit nobilis ille cani.
 Si verò patrias iterum remearit ad arces,
 Quomodo defendi iam tua facta queunt?*
 1755 *Nonne fuos repetet quos iure tenebat honores?
 Nonne mihi præceps mittet ab arce caput?
 Nonne meos tecum contundet fortiter artus?
 Aucturus titulos hac quoque clade fuos?
 Commouet ipse timor, sed plus pietate mouemur:*
 1760 *Ne, tu quas donas, accipiamus opes.*

<D vir> Ingratus

Ingratusne patris viui data regna capeſſam?
An queat Hyppolito tale placere nefas?
O viuus redeas & victor (maxime Theſeu)
Quæ tibi debentur priſtina regna tene.
1765 *Cumque diu fueris perfunctus honoribus illis,*
Quo tua iamdudum fama volauit, eas.
Nec tibi præripiam, nec fratri poſtea regnum,
Dij faciant ne ſim tam ſceleratus ego.
Ecce preces tanto rurfus cum munere miſces,
1770 *Infandumque ſimul Phædra parentis opus.*
Scilicet exemplo tentas me vincere Tauri.
Ne videar fæuo fæuior eſſe boue.
Tale ſcelus multo melius (mihi crede) taceres,
Quàm faceres vltro peſſima facta palàm.
1775 *Diffimulanda tibi fuit iſta libido parentis,*
Qua non plus rabies vlla pudoris habet.
Sed te nimirum profugus pudor ante reliquit,
Vnde putas quiduis iam fatis eſſe decens.
Quid mihi cum Tauro? quid nobis pectora confers
1780 *Decepti pecoris, quæ ratione carent?*
Quid niſi me brutum fieri vis, atque ferinos
Induere affectus, ſi tua iuſſa ſequar?
Non facit exemplum hoc pro te, quod ſedulo profers:
Auget enim crimen, non minus eſſe facit.
1785 *Per veneris numen parci tibi denique poſcis,*
Quam te perpetuo dicis habere grauem.
Quam venerem dicas intelligo, quam tibi ſupra
Dixi, nam pectus poſidet illa tuum.
Præterea certas habet obteſtatio leges,
1790 *Quas, niſi paruero, non cupis eſſe ratas.*

<D viv>
Quam-

Quamque locas primam, ne quæ me spernat amantem
Nec flocci facio. Cætera pondus habent.
Spreturus videor, si quæ redamare recusat
Poffeque non tantum hoc, sed nec amare quidem.
1795 *Quæ memoras autem fylueftris munera Phæbes,*
Illis non videor poffe carere bonis.
Viuerenon poffum fine denfi præfide faltus
Quæ mihi fuppeditat, dona cupita, feras.
Qui tollit fyluam protinus, mea gaudia tollit,
1800 *Poffhabeo latebris fplendida tecta ducum.*
Ni mea frendentes cuspis transfuerberet apros,
Morti per fimilis vita futura mea eft.
Ni faueant autem Satyri Panesque iugofi
Cultores montis, non cadit vllus aper.
1805 *Conceptum porrò varijs difcurfibus æftum*
Vna leuare mihi fluminis unda poteft.
Sunt hæc magna quidem, funt hæc gratisfima nobis
Munera, quæ demi vix mihi ferre queam.
Priuari tamen hijs præftantius effe putamus,
1810 *Quàm non legitima conditione frui.*
Hæc mihi fi defint, licet ægrè, viuerenon poffum,
Non poffum verò fi tua verba probem.
Funderet Hyppolitus vitiata mente cruorem,
Nec rutilum ferret lumen Apollo tuum.
1815 *Dij precor hijs faciant vt femper rebus abunde,*
Quæ me tam grata commoditate beant.
Sed quacunque mihi contingere dona precaris
Votis omnino funt inimica tuis.
Si non defuerint quæ vis mihi femper adeffe
1820 *Non poffum fædo prorfus amore capi.*

<D viir>

Ocia

Ocia quærit amor, fed fylua negotia præstat.
Mollis res amor eft ,horrida fylua riget.
Mollis amor duros non vult perferre labores,
Frondea continuo fylua labore scatet.
1825 *Mollis amor rigidum refugit cum murmure stratum,*
Nil nifi cum folijs gramina fylua dabit.
Mollis amor veftes preciosas, vina, dapefque
Lautas, & cerebrum pofcit habere Iouis,
Hyrturn Sylua petit tegmen , nullosque ciborum
1830 *Delectus adhibet , ponit in amne fitim.*
Mollem fæpe leuem perturbat terror amorem,
Horribiles gignit fylua, fouetque feras.
Cuncta reluctantur, quæ fylua miniftrat,amori:
Non ergo fuerant ifta vouenda tibi.
1835 *Hæc tamen, o demens, nimis officiofa precaris,*
Quæ fi contingant iam tibi, triftis ero.
Donaque cum precibus cum donis vota remifces,
Et lachrymas tandem fingis adeffe tuas.
Non ignara quòd hæ nonnunquam pectora frangant.
1840 *Quæ neque dona queam, nec superare preces.*
Omnibus ex æquo moueor ,nil ifta moramur,
Conftans Hyppoliti mens fine fine manet.
Irrita vota iacent, funt irrita dona, precesque,
Nullaque fæmineus pondera fletus habet.
1845 *Quamuis lene nihil mereantur verba,pudoris*
Nefcia , fed rigidos horribilesque fonos:
Non tamen effe mihi filices in pectore dicas:
Nunc tibi poftremò mitius ipfe loquar.
Atque tuis precibus noftras adnectere vifum eft,
1850 *Quæ longé moueant vttiliora, preces.*

<D viiv>

Define,

Define, dumque potes, meliorem fumito mentem:
Dum licet in primo limine, fiste gradum.
Motibus obstato fœdis, ftimulosque furoris
Excute, qui grauiter mollia corda premunt.
1855 *Ad rectam mores normam compone bonorum,*
Nec moueant animum facta nefanda tuum.
Discute pigritiem, studiosa negocia quære,
Nec tibi defuerit, quo tenearis, opus.
Si facias autem, quæ nunc ego sedulus hortor,
1860 *Succeffura putes, quæ cupis ipsa bene.*
Quamque diu rapidus iactauit in æquore turbo,
Mollior in portum diriget aura ratem.
Hæc præstare tibi tantum, non plura licebit,
Præter verba nihil, quæ tibi mitto, feres.
1865 *Si nifi nobiscum te viuere posse negabis,*
Nolo fîc tecum viuere, malo mori.
Gratia magna tibi nemorum celeberrima custos
Quod redeam victor ,gratia magna tibi.
Gratia magna tibi, quod nos præfente pudicos
1870 *Numine feruaris, gratia magna tibi .*
Vos iuuenes quicumque nemus, loca grata, tenetis,
Victori plaufum nunc mihi quæfo date .
Dicite faufta precor furda tranauimus aura
Syrenum voces, dicite faufta precor.

1875 *FINIS.*

<D viiir>